nullus hō eſt lapis ergo quidā lapis
nō eſt homo. cōuerſio per cōtrapoſi
tionē eſt facere de ſubiecto predica
tum et de predicato ſubiectū manen
te eadem qualitate ⁊ q̄titate. ſed mu
tatis terminis finitis in termios in-
finitos: ⁊ hoc modo conuertitur vni
uerſalis affirmatiua in vlēʒ affirma
tiuā et particularis negatiua in ſeip
ſam: vt oīs hō eſt animal: ergo oē nō
animal eſt nō hō. quidaʒ hō nō eſt la
pis: ergo qdā nō lapis nō eſt nō hō.
Verſus. Simplr feci cōuertitur eua p
acci. Aſto per cōtra ſicut cōuerſio to
ta. Aſſerit a. negat e. ſʒ vniuerſaliter
ambe. Aſſerit i. negat o. ſed particu-
lariter ambo. Et ſciendū eſt ꝙ ſignū
poſitum in ſubiecto ppoſitionis que
debet ꝯuerti debet poni ſupra totuʒ
predicatū ⁊ totuʒ reduci ad ſubiectū
in conuertēte. Preterea eadē eſt con
uerſio ppōnis pticularis indefinite
et ſingularis.

¶ Sciendum eſt primo ꝙ diffinitio conuerſio-
nis per accidens ſic eſt intelligenda. eſt duaruʒ
propoſitionum cathegoricarum eiuſdē qualita
tis et diuerſe q̄titatis vtroqꝫ termino participā
tium ordine econuerſo vnius ad alteram forma
lis conſequentia. ⁊ dicitur cōuerſio per accidēs
eo ꝙ ibi mutatur quantitas. Et ſm hanc conuer
ſionem conuertuntur duo genera propoſitio-
num ſcilicʒ vniuerſalis affirmatiua et vniuerſa
lis negatiua. Et eſt aduertendum ꝙ iſta duo ge
nera non ſemper conuertunt̄ per accidens in p
ticularem vel indefinitam conuerſione propria
⁊ directa. ſed aliquando oportʒ aliquid addere
vel remouere a parte ſubiecti vel pdicati vt om
nis meretrix erit virgo. ſic conuertitur: ergo qđ
erit virgo eſt vel erit meretrix. Similiter de iſta
nullus homo eſt omne animal que debet ſic cō-
uerti ergo quoddaʒ ens quod eſt omne animal
non eſt homo. Unde pro maiori declaratiōe po-
nuntur aliq̄ue regule. Prima omnes ppoſitio-
nes de verbis imperſonalibus ſiue actiue vocis
ſiue paſſiue vocis debent reſolui in propoſitio-
nes de verbis perſonalibus et obliqui debēt re
ſolui in rectos. vt tedet animā meam vite mee
debet reſolui. anima mea habet tedium de vita
mea et debet ſic cōuerti: ergo quod habet tediū
de vita mea eſt anima mea. ſimiliter campana
pulſatur debʒ ſic reſolui. campana pulſatur ab
aliquo et debʒ ſic conuerti. ergo quod pulſatur
ab aliquo eſt campana. Secunda regula ppoſi-

Intellectus diffinitōis cōuerſiōis p accñs.

tiones de obliquis et verbis perſonalibus ꝯuertuntur per eaſdem regulas ſicut propoſitiones de verbis rectis. vt cuiuſlibet hominis aſinus currit. ſic conuertitur. ergo currens eſt aſinus hominis. Tertia regula. propoſitiones de verbis prime et ſecunde perſonarum et de verbis expreſſiue actionis ſi ponātur ſine ſuppoſito expreſſo anteꝗ̄ conuertantur debet oſtendi ſuppoſitum vt pluit debꝫ reſolui dicendo natura eſt pluens et poſtea conuerti.

Sciendū eſt ſecundo ꝙ circa cōuerſiones incidūt alique difficultates. Prima qualiter conuertitur iſta propoſitio ad equitanduꝫ requiritur equus. Reſpōdet̄ ꝙ non conuertitur in iſtam equus requiritur ad equitanduꝫ. cum antecedens ſit verum ⁊ conſequens falſuꝫ. ſed ſic cōuertitur. equus poſſibiliter habetur ad equitandū. Secunda eſt de conuerſione huius propoſitionis pariſius et rome venditur piper. dicitur primo ꝙ reſoluitur in iſtam vtroqꝫ iſtoruꝫ locorum venditur piper. et poſtea ſic conuertitur. ergo quod venditur altero iſtorum locoruꝫ eſt piper. Tertia eſt de conuerſione propoſitionum de propoſitionibus prime et ſecunde perſonarum puta de iſta ego ſum petrus. Reſpondetur pro nunc probabiliter ꝙ conuertuntur a quocunqꝫ eodem modo ſicut alie ⁊ hoc ſuppōnēdo ꝙ antecedens et conſequens alicuius bone conſequentie fiant ab eodem. Quarta de ꝯuerſione iſtius ꝓpoſitionis nullum a. eſt predicatū poſito caſu ꝙ a. in nulla propoſitione predicetur non poteſt dici ꝙ conuertatur in iſtaꝫ. nullū predicatum eſt a. quia ibi a. eſt predicatum. et ſic conſequens eſſet falſum et antecedens verū Reſpondetur ꝙ conſequens non eſt falſum: q2 non eſt. Et ſi dicat' ꝙ conſequens eſt illud nullū predicatum eſt a. dicitur ꝙ non eſt concedendū tale conſequens poni. quia eſt regula obligatoria. ꝙ illud quod repugnat caſui non eſt admittendum.

Qualit̄ ꝯuertun tur aliq̄ ꝓpōnes hic poſite.

Sciendū eſt tertio ꝙ diffinitio conuerſionis per contrapoſitionē ſic eſt intelligenda: eſt duarum ꝓpoſitionū cathegoricarum manente eadem qualitate et ꝗ̄titate ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos vnius ad aliam ꝯſequentiaꝫ ſm̄ quam conuertuntur duo genera ꝓpoſitionum ſcilicet vniuerſalis affirmatiua et ꝑticularis negatiua. vt omnis homo eſt animal. ergo oē nō aīal eſt nō homo. Et aduerte ꝙ nō eſt ꝯn̄a formalis: q2 nō ſequitur oīs homo eſt exiſtens. ergo omne nō exiſtens eſt nō hō cum antecedēs ſit verum et ꝯn̄s falſum. Et aduerte pro regula ꝙ ꝗ̄to terminꝰ finitus ꝓ pluribus ſupponit tanto terminꝰ infinitus pro paucioribus ſupponit et quāto terminus finitus ꝓ paucioribus ſupponit tanto terminꝰ infinitus pro pluribus ſupponit. ¶ Finalr̄ aduerte ꝙ petrus hyſpanꝰ ponit duo notabilia. Primū ꝙ ſignū ſubiecti ꝓpōnis cōuerſe ꝯuerſionis ſimplicis debet addi vel equiualēs ſubiecto cōuertētis ſm̄ exigentiā cōgruitatis. Secundum eſt in

Diffinitio ꝯuerſionis ꝑ ꝯtrapoſitionem.

Regula

quo videt̄ defeciſſe ꝙ eadē eſt conuerſio ꝑticularis indefinite ⁊ ſingularis: q2 d̄ rigore ſermonis eſt falſuꝫ: q2 ly eadē diceret idētitatē numeralem: et ſic non vel ſpecificā ⁊ ſic eſt falſa: cum ſingularis negatiua cōuertat̄ ſimplr̄ et nō particularis vel indefinita negatiua.

Arguitur ſic ꝑmo iſta neuter iſtorum eſt albus. eſt vl'is negatiua ⁊ tn̄ nō conuertitur per accidēs: q2 tunc cōuerteret̄ in iſtā quodam album nō eſt aliquis iſtoꝝ quod eſt falſuꝫ cū de ſubiecto nō fiat ꝑdicatū. ¶ Scd̄o ſic. iſta eſt vniuerſal' negatiua. nullꝰ hō eſt mulier. ⁊ tn̄ nō cōuertitur ꝑ accidēs q2 ꝯuerteretur in iſtaꝫ quedā mulier nō eſt homo. que ē falſa. ¶ Tertio ſic. iſta eſt particularis negatiua quedā chimera nō eſt homo. ⁊ tn̄ nō cōuertitur per cōtrapoſitionē: q2 cōuerteretur in illā quidem nō hō nō eſt nō chimera quod eſt falſuꝫ. cū antecedēs ſit verū et ꝯn̄s falſum: igitur.

Ad primū dicit̄ ꝙ debet ſic cōuerti: ergo quoddā albū non eſt homo de nūero iſtorū ¶ Ad ſecundū dicit̄ ꝙ ſic dꝫ cōuerti: ergo qdā mulier nō ē aliqs hō. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ bene ꝓbat ꝙ ꝯuerſio ꝑ ꝯ̄poſitionē nō eſt ꝯn̄a formalis et hoc maxime qn̄ ꝑdicatū eſt trāſcēdēs. ſecundo qn̄ ſubiectū ꝓ nullo ſupponit vel qn̄ importat rationē impoſſibilē cm̄ōi eſt chimera.

Sequitur de ꝓpōne ypothetica. Propō ypothetica ē illa q̄ hꝫ duas cathegoricas ꝓpōes tanq̄ ꝑncipales ꝑtes ſui. vt ſi hō currit hō mouet̄. Et dicit̄ ypothetica ab ypos quod eſt ſub et theſis quod eſt pō: q̄ſi ſuppō ſiue ſuppoſitiua locutio. q2 vna ꝑs eiꝰ ſupponit̄ alti. Propōnuꝫ ypotheticarū alia cōditionalis. alia copulatiua. alia diſiunctiua. cōditionalis eſt illa i q̄ ꝯiungunt̄ due cathegorice ꝑ hāc ꝯiunctōeꝫ ſi. vt ſi ſortes currit: ſortes mouet̄ ⁊ illa cathegorica cui immediate preponit̄ illa ꝯiunctio ſi d̄r ān̄s: reliq̄ vero ꝯn̄s. Ad veritatē ꝯditionalis exigit̄ ꝙ ān̄s non poſſit eſſe verū ſine ꝯn̄te. vt ſi hō eſt aīal eſt. vn̄ oīs cōditionalis vera eſt neccīa ⁊ oīs falſa ē īpoſſibil'. ad falſitatē ꝯditiōal' ſufficit ꝙ ān̄s poſſit eē verū ꝯn̄te exiſtēte falſo vt ſi hō ē albū ē

Propoſitio ypothetica quid ſit.

¶ Sciendū eſt primo ꝙ poſtꝗ̄ determinatū eſt de ꝓpōne cathegorica. ꝯn̄r determinādū eſt de ꝓpōne ypothetica. Pro cuiꝰ declaratiōe ſupponit̄ ꝙ ꝓpō ypothetica pōt capi dupliciter. vno mō ſtricte ⁊ ſic diffinit̄ ꝓpō ypothetica ē q̄ explicite vl' implicite ſiue mētalr̄ hꝫ duas ꝓpōnes cathe

gorícas tanq̄ ꝑtes pꝛícipales ſui ꝯiunctas per
aliquā cõiunctionez. vel ꝑ aliqḋ ſibi equiualẽs
et ſic cepit petrꝰ hiſpanꝰ. Alio mõ accipitur lar
ge que diffinitur ſic. ꝓpõ ypothetica eſt que im=
plicite vel explicite ſiue mẽtalr̃ habet duas ꝓ=
poſitiones vel plures: vel duo cõplexa ꝓpoꝛtio=
nabilia duabus ꝓpoſitionibus cõiuncta per ali
quā cõiunctiõem vel ꝑ aliqḋ ſibi equiualẽs. Dr̃
notanter implicite: quia iſta ꝓpõ magiſtro le=
gẽte pueri ꝓficiũt eſt ypothetica: ⁊ tamẽ expli=
cite nõ habet plures ꝓpões. ¶ Et aduerte
ꝙ talis reſoluitur in vnā cõditionalẽ tꝑalẽ vel
cauſalẽ. Dicit̃ notãter duas ꝓpões nõ addẽ
do cathegoꝛicas. q: multe ſunt ꝓpões ypo=
thetice in quibꝰ nõ cõiungũtur due cathegori=
ce ſupple tanq̄ ꝑtes pꝛincipales ſui. ſed aliq̄n
cathegoꝛica ⁊ ypothetica: vt ſi hõ currit aĩal cur
rit ⁊ deꝰ eſt. Dicit̃ notãter vel duo cõplexa: quia
aliqua eſt ypothetica q̄ nec explicite nec impli=
cite cõponit̃ ex duabꝰ ꝓpõibꝰ. vt iſta ſi aſinꝰ
volaret aſinus haberet alas. cuiꝰ ꝑtes non ſunt
ꝓpões cũ nõ ſint vere neq̧ falſe. Dr̃ notãter
tanq̄ pꝛincipales ꝑtes ſui ad dñiam ꝓpõnis ca
thegoꝛice in qua nõ cõiungũtur due poſitio
nes tanq̄ pꝛincipales partes ſui.

Sciendum eſt ſecũdo ꝙ ipſiꝰ pꝛo
poſitiõis ypothetice cõiter aſſignãtur tres ſpe=
cies. ſ. cõditionalis copulatiua ⁊ diſiunctiua: nõ
negãdo tñ quin ſint plures ſiue reducantur ad
iſtas ſiue nõ: ſicut rationalis cauſalis ⁊ expleti=
ua. ¶ Pꝛo cuiꝰ declaratiõe ſupponitur ꝙ ſicut
ypothetica põt capi dupl̃r. ſ. ſtricte ⁊ large: ita
et cõditionalis. Unde ꝯditionalis ſtricte capta
ſic diffinit̃ eſt q̄ explicite vel ĩplicite hꝫ duas ꝓ=
poſitiones cathegoꝛicas cõiunctas ꝑ iſtã cõiun
ctionẽ ſi. vel ꝑ aliqḋ ſibi equalẽs tanq̄ ꝑtes pꝛi
cipales ſui. ⁊ de iſta loquit̃ petrꝰ hyſpanus. ſed
cõditionalis large ſũpta eſt in qua explicite vel
implicite cõiungũtur due ꝓpões vel duo cõ=
plexa ꝓpoꝛtionabilia duabꝰ ꝓpõibꝰ ꝑ iſtam
cõiunctõez ſi. vel ꝑ aliqḋ ſibi equiualẽs. ¶ Sup
ponit̃ ſcḋo ꝙ ꝯditionalis vera eſt bona ꝯña: iõ
hꝫ añs ⁊ ꝯñs ita ꝙ illa ꝓpõ cui addit̃ ſi vocat̃
añs ⁊ alia ꝯñs capiẽdo tñ antecedẽs nõ aliter ⁊
nõ ꝑcipialit̃. ¶ Tertio ſupponit̃ ꝙ ad v̾itatẽ
cõditionalis ſtricte ſumpte ⁊ affirmatiue de q̄
loquit̃ petrus hyſpanꝰ req̄ritur ꝙ añs nõ poſſit
eẽ verũ ſine ꝯñte ⁊ hoc ſi ꝯñs foꝛmet̃. Ex quo ſe
quitur ꝙ cõditionalis nõ eſt ideo vera ꝙ añs ⁊
cõſequẽs ſint vera: quia ſtat conditionalẽ eẽ ve
rã: cuiꝰ tam añs q̄ cõſequẽs ſunt impoſſibilia:
vt ſi hõ eſt aſinꝰ hõ eſt rudibilis. ¶ Sequit̃ ſe=
cũdo ꝙ ꝯditionalis nõ dr̃ eo falſa: q: añs ſit fal
ſum vel ꝯñs. ſed quia añs põt eſſe verum conſe
quente exiſtente falſo.

Quotmodis capitur iſta ꝯiunctio ſi

Sciendũ eſt tertio ꝙ iſta cõiũctio
ſi. põt capi tripl̃r. vno mõ pure cõditionalr̃ vt ſi
haberẽ libꝛos libẽter ſtuderẽ. ſcḋo mõ pꝛomiſſi=
ue: vt ſi veneris ad me dabo tibi equũ: ⁊ iſtis duo
bus modis iſta cõiunctio ſi nõ facit cõditionalẽ
pꝛopꝛie dictã. ſed tñ large captã. Alio mõ capi
tur illatiue: ⁊ tũc denotat cõſequẽs ſequi ex an=
tecedẽte: vt ſi aſinꝰ volaret aſinꝰ haberet alas.
Et aduerte ꝙ quattuoꝛ modis ſolet fieri argu=
mentatio in cõditionali. ¶ Pꝛioꝛ a tota cõditio
nali a poſitione antecedẽtis ad poſitionẽ ꝯñtis
et tũc ẽ bona cõſequẽtia: vt ſi hõ currit animal
currit: ſed hõ currit: g̃ aĩal currit. vñ ponere an
tecedẽs nõ eſt aliud ꝙ ipm̃ accipi in minoꝛe ſi=
ue in maioꝛe. ¶ Scḋo mõ a deſtructiõe cõſeq̄n
tis ad deſtructiõem antecedẽtis: vt ſi hõ currit
aĩal currit: ſed nullũ aĩal currit: g̃ nullus hõ cur
rit. vñ deſtruere cõſequẽs eſt accipe ſuũ ꝯdicto=
rium: ⁊ etiã iſto mõ eſt bona cõſeq̄ntia. ¶ Ter=
tio mõ a deſtructõe añtis ad deſtructõem con=
ſequẽtis: vt ſi hõ currit aĩal currit: ſed nullꝰ hõ
currit: g̃ nullũ aĩal currit. ¶ Quarto mõ a poſi
tione cõſequẽtis ad poſitionẽ añtis vt ſi hõ cur
rit aĩal currit: ſed aĩal currit: g̃ hõ currit. ⁊ iſtis
duobꝰ modis nõ eſt bona cõſequẽtia ſaltez foꝛ=
malis: licet aliquando poſſit eſſe materialis vt
in terminis conuertibilibus.

Quotmodis ſolet fieri argumentatõ in ꝯditionali.

Arguitur ſic pꝛio. iſta ꝓpõ eſt ypo
thetica: ſoꝛtes eſt ita albꝰ ſicut plato. ⁊ tñ nõ vi
detur cuiꝰ ſpẽi ypothetice ſit. ¶ Scḋo ſic. iſta
ꝓpõ ſi hõ currit aĩal currit: ⁊ ſi hõ eſt aſinꝰ hõ
eſt rudibilis eſt ypothetica. ⁊ tñ nõ hꝫ duas pꝛo
poſitiões cathegoꝛicas tanq̄ ꝑtes pꝛincipales:
igit̃ diffinitio ꝓpõnis ypothetice nõ eſt bona.
¶ Tertio ſic. iſta ꝓpõ eſt cõditionalis. ſi aſi=
nus volaret aſinꝰ haberet alas. ⁊ tñ ibi non con
iunguntur due ꝓpões cum nullum illoꝛum
ſignificet verum vel falſum.

Ad pꝛimuz dicitur ꝙ reducit̃ ad
copulatiuam ſicut omnes ꝓpoſitiones de ad
uerbio ſimilitudinis tempoꝛis locis quãtitatis
et qualitatis. ¶ Ad ſcḋz dicitur ꝙ bene pꝛobat
ꝙ non eſt ꝓpoſitio ypothetica ſpecialiter ca=
pta: tamen eſt bene ꝓpoſitio ypothetica lar=
ge capta. ¶ Ad tertium dicitur concedendo ꝙ
non eſt cõditionalis ſtricte capta de qua loqui=
tur petrus hyſpanus: tamen bene eſt conditio=
nalis large capta vt viſum eſt in modalibus.

Copulatiua eſt illa in qua coniun
guntur due cathegoꝛice per hanc cõ
iunctionem ⁊. vt ſoꝛtes currit et pla
to diſputat. Diſiunctiua ẽ illa in qua
cõiunguntur due cathegoꝛice ꝑ hãc
coniunctionem vel: vt ſoꝛtes currit:
vel plato diſputat. Ad veritatẽ copu
latiue exigitur vtrãq̧ partem eſſe ve
ram: vt homo eſt animal ⁊ deus eſt.
Ad falſitatem eius ſufficit alterã ꝑ=
tem eſſe falſam: vt homo eſt animal.
et equus eſt lapis. Ad veritatẽ diſiũ
ctiue ſufficit alteram partem eẽ ve=
rã: vt hõ eſt aĩal vel equus eſt lapis.

Tamen permittitur ꝙ vtraq; ſit vera. ſed nō ita ꝓprie. vt homo eſt aīal. vel equꝰ eſt hinnibil̄. ad falſitatē eiꝰ exigitur vtrāq; partē eē falſam: vt hō eſt aſinus vel equus eſt lapis.

Propoſitio copulatiua quot modis capitur.

¶ Sciendū eſt primo ꝙ ꝓpoſitio copulatiua pōt capi duplr̄. vno mō large: ⁊ ſic diffinit̄: ꝓpoſitio copulatiua eſt q̄ explicite vel īplicite hʒ duas ꝓpōnes vel plures: vel duo ɔplexa ꝓpoſitionabilia duabꝰ ꝓpōnibꝰ ɔiūctis ꝑ iſtā ɔiunctionem et. vel ꝑ aliqḋ ſibi equiualēs. Alio mō capit̄ ſtricte ⁊ ſic diffinitur. eſt que explicite vl̄ implicite hʒ duas ꝓpōnes cathegoricas coniunctas ꝑ iſtā cōiunctōem et. vel ꝑ aliqḋ ſibi equaleus: ⁊ iſto mō cepit petrꝰ hiſpanꝰ. ¶ Et aduerte ꝙ ad copulatiuā reducit̄ tēpalis cuiꝰ copula principalis eſt aduerbiū tpis. vt petrꝰ currit qn̄ iohānes diſputat. ⁊ localis cuiꝰ copula principalis eſt aduerbiū loci. vt petrꝰ currit vbi iohannes legit: ⁊ ad eaꝫ veritatē reqritur ꝙ partes copulatiue ad quā reducunt̄ ſint ſimul vere. Vn̄ ſēſus huiꝰ petrꝰ currit qn̄ iohānes diſputat eſt iſte. petrꝰ currit ī aliquo tpe ⁊ ī illo tpe iohānes diſputat. ¶ Aduerte etiā ꝙ multe alie ꝓpoſitōes reducunt̄ ad copulatiuā puta iſte ſortes eſt talis qualis eſt plato. ſortes eſt tantus quantus eſt plato: ſortes currit ſicut plato diſputat. ⁊ ꝓpoſitiones de niſi dūmodo capiatur exceptiue. quia ſi teneretur illatiue vt includit iſtam cōiunctionem ſi ⁊ negationē: tunc eēt cōditionalis: vt nemo legit pariſiꝰ niſi ſit magiſter: ⁊ eſt ſenſus ſi nullus ſit magiſter nullꝰ legit pariſius. ¶ Aduerte vlteriꝰ ꝙ ad veritatē copulatiue ſpāliter capte ⁊ affirmatiue reqrit̄ ꝙ vtraq; ps principalis eiꝰ ſit vera. ¶ Dr̄ notāter ſpāliter capte: q2 hoc forte nō reqrit̄ ad copulatiuaꝫ large captā. Dr̄ etiā affirmatiue: q2 hoc forte nō reqrit̄ ad veritatē copulatiue negatiue. Dr̄ etiā ps pricipal̄: q2 minꝰ pricipal̄ pōt eē falſa vbi tota copulatiua erit vera: vt iſta ſortes eſt aſinꝰ vel ſortes eſt homo et deus eſt.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ ad falſitatē copulatiue ſpālit̄ capte ⁊ affirmatiue requiritur ꝙ vna ps eiꝰ pricipal̄ ſit falſa. Dr̄ notanter affirmatiue: q2 ad falſitatē negatiue hoc nō requiritur: ſed magis ꝙ vna pars eius ſit vera de qua negatiua eſt magna difficultas: vtꝝ equiualeat diſiunctiue affirmatiue de ptibꝰ cōtradicētibus vel vtrū ſit negatiua ſimplr̄. ſed ad poſſibilitatē copulatiue affirmatiue requiritur vtrāq; partē principalē eſſe poſſibilē ⁊ cōpoſſibilem alteri: ⁊ ad eius cōtingentiā ſufficit alterā partē principalē eiꝰ eſſe cōtingentē eo ꝙ nō repugnet alteri parti. ſed ad eius neceſſitateꝫ requiritur vtrāq; partē eiꝰ principalē eſſe neceſſariā. et ad eius impoſſibilitatē ſufficit eius partes pricipales eſſe incōpoſſibiles adinuicē. Et aduerte ꝙ q̄tuor ſunt regule arguēdo a tota copulatiua prima. ꝙ a tota copulatiua ad q̄libet eiꝰ partē pricipalē eſt bona ɔſequētia: vt bene ſequit̄. ſortes currit ⁊ plato diſputat. g̊ ſortes currit. ſecunda regula eſt a parte copulatiue affirmatiue ad totam copulatiuā nō valet ɔſequētia. vt nō ſequitur ſortes currit: g̊ ſortes currit et plato diſputat. Tertia regula a veritate copulatiue affirmatiue ad veritatem cuiuſlibet ptis eius principal̄ eſt bona ɔſ̄a. vt bene ſequitur iſta eſt vera petrꝰ currit ⁊ plato diſputat. g̊ iſta ē vera plato diſputat. g̊ iſta eſt vera plato diſputat. Quarta regl̄a a veritate vniꝰ partis copulatiue affirmatiue ad veritatē totiꝰ copulatiue affirmatiue nō valʒ cōſequētia. vt non ſequit̄ iſta ē vera petrꝰ currit. g̊ iſta eſt vera petrꝰ currit ⁊ plato diſputat.

Sciendū eſt tertio ꝙ propoſitio diſiunctiua poteſt capi duplr̄. vno mō large. et ſic eſt ꝓpoſitio in q̄ explicite vel īplicite ɔiungunt̄ due ꝓpōnes vel duo cōplexa ꝓpoſitionabilia duabꝰ ꝓpōnibꝰ ꝑ iſtā ɔiunctionē vel. vel per aliqḋ ſibi equalens tanq̄ ptes pncipales ſui. alio mō capit̄ ſtricte ⁊ ſic eſt ꝓpō in q̄ explicite vel implicite ɔiungūtur due cathegorice ꝑ iſtā ɔiūctionē vel tanq̄ ptes pncipales ſui. Et aduerte ꝙ ad veritatē diſiūctiue ſtricte capte ⁊ affirmatiue reqrit̄ ꝙ vna ps eiꝰ pncipalis ſit vera. ⁊ ad eius poſſibilitatē reqrit̄ ꝙ vna eiꝰ ps pncipalis ſit poſſibil̄. ⁊ ad eiꝰ neceſſitatē reqrit̄ ꝙ vna ps eiꝰ pncipal̄ ſit neceſſaria. vl̄ ꝙ ɔponat̄ ex ptibꝰ ɔtradicētibꝰ ſibi adinuicē. ſʒ ad eius impoſſibilitatē reqritur vtrāq; partē eius pncipalē eē impoſſibilē. ⁊ ad eiꝰ ɔtingentiā reqritur vtrāq; eiꝰ ptem eſſe ɔtingētem nō ɔtradicētes ſibi inuicē ſed ad falſitatē eiꝰ reqrit̄ vtrāq; ptē eiꝰ pncipalem eſſe falſam. Et aduerte ꝙ de ipa diſiūctiua ponūtur due regule. Prima eſt ꝙ a q̄libet pte principali diſiunctiue ad totā diſiūctiuā eſt bona ɔſequētia. vt bene ſeq̄tur ſortes currit: ergo ſortes currit vel plato diſputat. Secūda regula a tota diſiūctiua cū diſtributione vniꝰ partis principalis ad ꝓpoſitionē alteriꝰ eſt bona conſequētia vt bene ſeq̄tur ſortes eſt homo vel ſortes eſt aſinus: ſʒ ſortes nō eſt aſinꝰ ergo ſortes eſt homo. Poteſt poni alia regula. ꝙ ad veritatem vnius ptis principalis diſiunctiue ad veritatem totius diſiūctiue eſt bona ɔſequentia. vt bene ſeq̄tur iſta eſt vera petrus currit: ergo iſta eſt vera petrus currit vel deus eſt diabolus: et finaliter ꝓpoſitio debet deſtrui ꝑ ſuā ɔ̄dictoriā

Primo arguitur ſic. iſta eſt copulatiua petrus currit qui diſputat. ⁊ ibi nō ɔiunguntur due ꝓpoſitiones ꝑ iſtā cōiunctionē et: igit̄ Scḋo ſic: iſta ꝓpoſitio eſt copulatiua. ſortes currit ⁊ plato diſputat vel aſinꝰ currit. ⁊ tn̄ ibi nō ɔiungūtur due cathegorice ꝑ iſtā ɔiūctionē et: igitur. ¶ Tertio ſic iſta ꝓpoſitio eſt diſiunctiua petre fac ignē vel petre lege. ⁊ tn̄ in ea nō ɔiunguntur due ꝓpoſitiones cum nullū illorum ſit verum vel falſum: igitur.

Ad primū dicitur ꝙ quādo iſtud relatiuū q̄ que quod ponit̄ inter duas copulas verbales ⁊ refert ſubiectū vl̄ aliqḋ ſe tenēs ex parte ſubiecti vel p̄dicati. tunc nō exponit̄ ꝑ et. ⁊ il

le neqꝫ facit copulã vt ſortes q̇ currit diſputat
¶ Ad ſcḋm dicit̄ ꝙ illa cõiunctio ⁊ põt eſſe co-
pula principalis ⁊ tunc eſt copulatiua vel minꝰ
principalis tūc eſt diſiūctiua. Et ſilr dicatur de
oībus quibꝰ ponit̄ duplex cõiunctio vł duplex
equalēs. Ad tertiū dr̄ ꝙ bñ ꝓbat ꝙ illō eſt diſiū
ctiua ſtricte capta: tñ bñ eſt diſiūctiua large ca-
pta vt pꝫ in tertio notabili. ¶ Textus.

Sequitur de eq̇pollētijs de quibꝰ
dantur tales regule. Prima eſt ꝙ ſi
alicui ſigno vl̄i vel particulari ꝑpo-
natur negatio eq̇pollet ſuo cõtradi-
ctorio. vt iſte eq̇pollent. non oīs hō
currit ⁊ q̇dam hō nō currit. Secūda
regula eſt ꝙ ſi alicui ſigno vl̄i poſt-
ponatur negatio eq̇pollet ſuo cõtra
rio: vt iſte due equipollēt oīs hō nō
currit nullus hō currit. Tertia regu
la eſt. ꝙ ſi alicui ſigno vl̄i vel ꝑticu-
lari ꝑponatur ⁊ poſtponatur nega-
tio equipollet ſuo ſubalterno: vt iſte
due eq̇pollēt. nō oīs hō nō currit: q̇-
dam hō currit vel nō nullus hō non
currit. q̇dã hō non currit. ⁊ dicte re
gule in his verſibꝰ cõtinētur. vnde
verſus. Pre. cõtra dic. poſt cõtra ꝑ
poſtqꝫ ſubalter. Nō oīs q̇daꝫ nō oīs
nō quaſi nullus. nō nullus quidã ſed
nullus nō valet oīs nō aliq̇s nullus
nō quidã nō valet oīs. nō alter neut̄
neuter non ꝯſtat vterqꝫ. Ex iſtis re
gulis infertur regula q̄ talis eſt. Si
duo ſigna vl̄ia negatiua ponãtur in
eadē locutione ita ꝙ vnū in ſubiecto
et reliquū in ꝑdicato primū eq̇pol-
let ſuo cõtrario ꝑ ſcḋam regulã ⁊ ſe
cūduꝫ ſuo cõtradictorio ꝑ primã re
gulã vt nihil eſt nihil: eq̇pollet huic
qḋlibet eſt aliq̇d q: ꝑ ſcḋam regulaꝫ
nihil nō ⁊ qḋlꝫ eq̇pollēt ſicut oīs nō
et nulꝰ. ⁊ ꝑ ꝑmã rl̄am non nihil ⁊ ali
q̇d equipollēt ſicut nō nullꝰ ⁊ quidã
et ſic due prime ſunt equipollētes.

¶ Sciendum eſt ꝑmo ꝙ eq̇pollētia ſic diffinit̄
Eq̇pollētia eſt duaꝝ ꝓpõnum vtroqꝫ termino
ꝑticipantiū ſm eundē ordinē vniꝰ ad aliam for
malis ꝯña ꝓpter negationē ꝑpoſitã tm̄ vł poſt
poſitã tm̄ vel ꝑpoſitã ⁊ poſtpoſitã ſiml̄. Pro cu
ius declaratione ſupponit̄ ꝙ duplex eſt eq̇pol-
lentia. ſeu eq̇pollētia capit̄ duplr̄. Uno mō pri
me intētionalit̄ vt cõuenit rebus q̄admodū di-
cimus ꝙ viñū eq̇pollet blado. alio mō capitur vt
eſt paſſio ꝓpõnum. Pro cuius declaratione eſt
aduertendū ꝙ alique ꝓpõnes dicūtur eq̇polle-
re duplr̄. vno mō in ſignificãdo: q: ſubordinan
tur vni ꝓpoſitioni mētali vł pluribꝰ ſinonimis
et ſic ꝓpõnes ſinonime dicūtur equipollere: vt
marcꝰ currit: tulliꝰ currit. Scḋo mō in iferēdo
et hoc duplr̄: vno mō q: inferūt ſeinuicē in ꝯña
materiali ⁊ ſic iſte dicūtur eq̇pollere oīs homo
eſt riſibilis oē riſibile eſt hō. ſcḋo mō q: infe-
runt ſeinuicem in ꝯña formali ⁊ ꝓpter aduen-
tum negationis q̄admodū eſt hic ad ꝓpoſitū. Quot ſūt
¶ Et aduerte ꝙ q̄ttuor ſunt regule eq̇pollen- rēe eq̇pol
tiaꝝ. quaꝝ prima eſt ꝙ ſi alicui ſigno vl̄i vel ꝑ- lentiarū.
ticulari ꝑponat̄ negatio equipollet ſuo ꝯtradi- Prima
ctorio. i. ꝙ totum aggregatū ex ꝓpõne cui addi-
tur negatio ⁊ negatione eq̇pollet illi cui ꝓpõ ſi
ne tali negatiõe ꝯtradicebat vt nō q̇libꝫ homo
currit eq̇pollet illi q̇dam homo nō currit.

Sciendū eſt ſcḋo ꝙ ſcḋa regula eq̇ Scḋa.
pollentiaꝝ talis eſt ꝙ ſi alicui ſigno vl̄i poſtpo
natur negatio eq̇pollet ſuo ꝯtrario. i. datꝭ dua
bus ꝓpõnibꝰ ꝯtrarijs ſi vni eaꝝ poſtponat̄ ne-
gatio imediate poſt totū diſtributū a parte ſub
iecti facit totū aggregatū ex illa negatione ⁊ ꝓ
poſitione eq̇pollere illi cui ꝓpõ ꝑcedēs ſine ta
li negatione ꝯtrariabat̄. vt q̇libet hō non currit
eq̇pollet iſti nullus homo currit. Dicit̄ notãter
imediate poſtpoſita pꝰ totū diſtributū: q: ſi nō
poneret̄ imediate nō faceret eq̇pollere. defectu
cuius iſte nō eq̇pollēt cuiuſlibꝫ hoīs oculus eſt
dexter. ⁊ nullius hoīs oculus eſt dexter. ſꝫ opor
tet ſic dicere cuiuſlibet hoīs nō oculus eſt dext.
¶ Tertia regula eq̇pollentiaꝝ eſt talis ꝙ ſi ali- Tertia.
cui ſigno vl̄i vel particulari ꝑponat̄ negatio ⁊
poſtponat̄ eq̇pollet ſuo ſubalterno. i. datꝭ dua
bus ꝓpõnibꝰ ſubalternis ſi vni eaꝝ ꝑponatur
negatio toti ꝓpoſitioni ⁊ etiaꝫ poſt ponat̄ toti
ſubiecto cadēs ſupra totū ſequēs facit totū ag-
gregatum ex illis duabꝰ negationibꝰ ⁊ illa ꝓpo
ſitione eq̇pollere illi ꝓpoſitioni cui talis ꝓpoſitio
cui addunt̄ negatiões ſubalternabat̄ vt iſte ꝓ
põnes ſunt ſubalterne q̇lꝫ hō currit: q̇dam hō
currit. ꝯō ſi in vna earū ꝑponat̄ negatio ⁊ poſt-
ponat̄ toti ſubiecto fac̄ totū aggregatū ex illis
negationibus ⁊ illa ꝓpõne eq̇pollere illi ꝓpõni
cui ꝓpõ illa ſine negationibꝰ ſubalternabatur.

Sciendū eſt tertio ꝙ ex predictis
regulis quarta regula ſeq̇tur ꝙ ſi in aliq̇ ꝓpo- Quarta
ſitione ponãtur duo ſigna negatiua negãter ca- rl̄a et ſu
pta vnuꝫ a ꝑte ſubiecti ⁊ aliud a parte ꝑdicati pradict.
poſita tñ ante copulã. primū eq̇pollet ſuo ꝯtra
rio. ſcḋm xo ſuo ꝯdictorio id eſt ꝙ tūc illa ꝓpõ
in qua ponūtur ſic illa duo ſigna eq̇pollet vni
alteri ꝓpoſitioni in qua cū ſubiecto ponitur ſi-
gnum ꝯtrariū ſigni vl̄i negatiui: ⁊ cū predicato
ſignū ꝯtradictoriuꝫ ſigni vl̄i negatiui: vt iſte
eq̇pollēt nihil nihil eſt: ⁊ qḋlꝫ eſt aliq̇d. ¶ Ad-
uerte ꝙ negãter dr̄ ante copulã: q: iſte nō equi-
pollerent nihil eſt nihil ⁊ qḋlibꝫ eſt aliq̇d: q: ꝑ-

ma eſt negatiua ⁊ ſcḋa affirmatiua.ſʒ tñ videatur ꝙ petrus hyſpan⁹ dicat illas eſſe eq̇pollentes. Et iſte regule pñt eſſe ſatis manifeſte in q̇buſdam verſibus poſitis in textu.

Cõtra predicta arguitur primo ſic ſi plures ꝓpoſitiones eq̇pollerent tunc plures ꝓpoſitiones vni ⁊ eidẽ cõtradicerent ſʒ hoc eſt falſum:q: vni eſt tñ vnum cõtrariũ. ¶ Secundo ſic: ſi prima regula eſſet vera ſequeretur ꝙ vna ꝓpoſitio eq̇polleret ſuo cõtradictorio.ſed hoc eſt falſum:igiẽ. ¶ Tertio ſic:iſte nõ eq̇pollent oĩs hõ eſt aĩal oĩs nõ hõ eſt aĩal cũ ſit vna vera ⁊ alia falſa:ergo ſcḋa regula eſt falſa.

Ad primum dicitur ꝙ plures propoſitiones nõ eq̇pollentes nõ cõtradicunt vni ꝓpoſitioni: tñ plures ꝓpoſitiones eq̇pollẽtes pñt vni cõtradicere. ¶ Dicitẽ ad ſcḋm ꝙ ſolutõ patet in notabilib⁹. ¶ Ad tertium dicitẽ ꝙ non ſufficit ꝙ negatio ponatẽ imediate poſt ſignum ſed opʒ ꝙ ponatẽ poſt totũ ſubiectum diſtributum cadens ſupra copulã ſequentem.

M Odus eſt adiacẽs rei determinatio ⁊ hʒ fieri ꝑ adiectiuũ.ſʒ duplex eſt adiectiuũ. Quoddã eſt adiectiuum noĩs vt albus niger ⁊ ſimilia. Aliud eſt adiectiuũ verbi vt aduerbia. Scḋm eñ priſcianũ aduerbiuʒ eſt vi verbi adiectiuum. Et ideo duplex eſt modus vn⁹ noĩalis q̃ fit ꝑ adiectiuũ noĩs.ali⁹ aduerbialis qui fit ꝑ aduerbiũ vt hõ currit velocitẽ. Itẽ aduerbioꝝ q̃dam determinãt verbũ gratia cõpoſitiõis vt iſta ſex: neceſſario:cõtingẽter:poſſibiliter ⁊ ĩpoſſibiliter:vero ⁊ falſo. Alia determĩant verbum gratia rei verbi: vt fortiter agit velociter currit. Alia determinant gratia tꝑis:vt hodie cras. Et alia aduerbia tẽporalia. Alia aduerbia determinãt rõne modi,vt aduerbia optandi hortãdi ⁊ ſic ſumitẽ multipl'r modus ꝑ aduerbia. Sed omiſſis oĩbus alijs ſolũ nunc de illis dicendũ eſt qui cõpoſitionẽʒ determinant vt ſunt neceſſario: contingẽter ⁊c. Cuʒ eñ dicitẽ hõ neceſſario ſedet ſignificatur ꝙ compoſitio ceſſionis cũ hoĩe ſit neceſſaria ſed cum dr̃ homo currit bene vel velociter ſignificatur ꝙ curſus hoĩs ſit velox vl' honus ⁊ in iſta determĩatur res verbi in prima vero cõpoſitio. vñ ſoluʒ illi modi qui cõpoſitionẽ determinant faciũt cõpoſitionẽ modaleʒ:ideo de talibus ſolũmodo hic intendim⁹. Et ſumũtur quãdoqʒ ꝑdicti modi noĩaliter:vt poſſibile impoſſibile: cõtingens neceſſariũ verũ ⁊ falſuʒ. qñqʒ aduerbialiter:vt poſſibiliter ĩpoſſibiliter:neceſſario cõtingẽter vero ⁊ falſo. Propoſitio modalis eſt illa q̃ determĩatẽ aliquo iſtoꝝ ſex modoꝝ poſſibile impoſſibile:cõtingẽs neceſſarium verũ ⁊ falſum:vt fortẽ currere ẽ poſſibile ⁊ ſic de alijs. Et in iſtiſ modalib⁹ verbũ debet ſubijci mod⁹ aũt ꝑdicari.oĩs autẽ alie ꝓpoſitiones q̃ nõ determinantur ꝑ illos ſex modos dicũtur de ineſſe. Sʒ adhuc ille ꝓpões q̃ modificantur his modis vero ⁊ falſo ad ꝑſens reliquuntẽ q: in illis eodem modo ſumũtur oppoſitio ⁊ cõueniẽtia ſicut in illis de ineſſe. In illis autẽ de his quattuor modis:poſſibile impoſſibile: contingens ⁊ neceſſariũ. aliomõ ſumitẽ oppoſitio equipollẽtie vel cõueniẽtie vt poſtea patebit. Sciendũ autẽ ꝙ quilibet iſtoꝝ quattuor modoꝝ q̃ttuor facit ꝓpões modales.ideo cũ modi ſint quattuor quatẽ quattuor erunt ꝓpoſitiones ⁊ ſic erũt ſexdecim verbigratia. Iſte modus poſſibile ſi ſumatẽ ſine negatiõe facit vnã ꝓpõnẽ modalẽ vt fortẽ currere ẽ poſſibile.ſi aũt ſumatẽ cũ negatiõe lata ad vbũ facit ſcḋam vt fortẽ nõ currere eſt poſſibile.ſi vo cũ negatione poſita ad modũ facit tertiã vt fortẽ currere nõ ẽ poſſibile:ſʒ cũ negatiõe poſita ad vbũ ⁊ admodũ facit aliã vt fortẽ nõ currere nõ eſt poſſibile. Et hoc mõ ẽm vnũ queqʒ alioꝝ modoꝝ ſumuntẽ q̃ttuor ꝓpões modales.

P Rimo ſciendũ eſt ꝙ diffinitio modi ſic eſt intelligenda modus eſt determinatio ſignificans aliquid vel aliqualiter

Qualiẽ intelligatur diffinitio modi.

per modum adiacentis rei id eſt ſuo determinabili. vnde ꝑ hoc ꝙ dr̄ adiacens remouet determinatio ſubſtātialis q̄ ꝓprie nō adiacet. Ex quo ſequit̄ ꝙ determinatio implus ſe hꝫ q̄ꝫ mod⁹: quia ſubſtantiuū pōt dici determinatio: ⁊ tn̄ nō ē mod⁹ Sequit̄ ſcḋo ꝙ mod⁹ ⁊ adiectiuū idē ſunt et ꝙ duplex eſt adiectiuū. ſ. noīs et verbi. ⁊ ideo duplex eſt mod⁹. ſ. noīalis ⁊ aduerbialis. Ex quo ſequit̄ tertio ꝙ oīe adiectiuū dr̄ mod⁹ ſiue ponat̄ a ꝑte ſubiecti ſiue a ꝑte p̄dicati: ſiue ſit nomen ſiue ꝓnomē ſiue ꝑticipiū. Et q: aliq̄s dubitaret poſtq̄ oīe adiectiuū eſt mod⁹ vꝝ oīe adiectiuū faciat propōnem modalē. Reſpondetur ponēdo aliq̄s propōes. ¶ Prima. ſolū adiectiuū verbi. i. aduerbiū determinās ꝯpoſitionē p̄dicati ad ſubiectū dr̄ facere propōnē modalē: ſcꝫ poſſibilr̄ īpoſſibiliter neceſſario ⁊ cōtingenter. ¶ Scḋa propō: ſola adiectiua iſtoꝝ aduerbioꝝ dicitur facere propōnem modalē. ſcilꝫ poſſibile īpoſſibile cōtingēs ⁊ neceſſe. ¶ Tertia ꝓpō: lꝫ ſint plr̄es mōi faciētes ꝓpōnē modalē q̄ꝫ iſti q̄ttuor. tn̄ ſolū enūerāt̄ iſti q̄ttuor. q: ſūt magis vſitati. etiā faciūt ꝓpōes modales eq̄pollere ꝑ aduētū negatōis nō aūt alij mōi cuiuſmodi ſunt creditū opinatū verum ⁊ falſum.

Sciendū eſt ſcḋo ꝙ iſti modi poſſibile īpoſſibile ꝯtingēs ⁊ neceſſe pn̄t capi dupliciter. vno mō pr̄ie intētionalr̄ ⁊ hoc duplr̄: vno mō cathegorematice ⁊ ſic ſunt dr̄e entis. ⁊ tūc poſſibile valꝫ tm̄ ſicut res poſſibilis: ⁊ neceſſe ſicut res neceſſaria. ſcḋo modo ſincathegorematice. ⁊ ſic ſūt quedam ſincathegoremata determināntia copulā: ⁊ tunc dicūtur facere propōnē modalē diuiſam. Alio mō capiūtur ſcḋe intētionaliter. ⁊ ſic ſunt dr̄e propōnum ⁊ dicuntur facere propōnem modalē cōpoſitā. Ex quo ſequitur ꝙ duplex eſt propō modalis. ſcꝫ ꝯpoſita ⁊ diuiſa. Cōpoſita eſt in qua modus ſubijcit̄ vel p̄dicat̄: vt poſſibile eſt ſortē currere: ⁊ iſte nō ſunt ꝓprie modales ſed de ineſſe. ſed vocātur modales ſolum propt̄ ſilitudinē quā habēt cū modalibus diuiſis. Sed modalis diuiſa eſt propō cathegorica in qua mod⁹ ſe tenet ex ꝑte copule tāq̄ determīatio eius: vt hō poſſibiliter eſt currēs. Et aduerte ꝙ qn̄ mod⁹ tenet̄ aduerbialiter. tūc eſt dicit̄ eſſe copula totalis et mod⁹ determīatio et nō eſt ꝑs copule. vt ſortes poſſibiliter currit. ſꝫ quando modus tenetur noīaliter tūc aggregatum ex iſto verbo eſt et iſto infinitiuo eſſe explicite vel implicite dicitur eſſe copula total̄. ſic qḋ eſt. eſt ꝑs min⁹ principalis ⁊ eſſe eſt ꝑs principalis: vt ſortem poſſibile eſt eſſe albū: aggregatuꝫ ex ly eſt et eſſe dicitur eſſe copula totalis.

Poſſibile īpoſſibile ꝯtingēs quot mōis capiuntur.

Quid eſt ꝓpō modal' ꝯpoſita.

Quid eſt ꝓpō modalis diuiſa.

Sciendū eſt tertio ꝙ ꝓpoſitio modalis ſic diffinitur a petro hiſpano. eſt que modificatur aliquo iſtoꝝ q̄ttuor modoꝝ. poſſibile: impoſſibile cōtingēs ⁊ neceſſe. Unde aduerte ꝙ ipſe ſolū diffinit ꝓpōnem modalē cōpoſitā que nō eſt modalis. iō inſufficiēter diffinit et ꝙ ſolū diffiniat patꝫ in ei⁹ exemplis. Nō eſt etiā dicēdum ꝙ ipe diffiniat ꝓpoſitionē modalē diuiſaꝫ que ꝓprie eſt modalis: q: ipſe exemplificat de vero et falſo que nō faciunt ꝓpōnem modalē diuiſam ſed ſolū cōpoſitā. iō inſufficienter determinat d̄ modalib⁹. Sꝫ ſi diceres quid ergo erit modalis diuiſa q̄ ſoluꝫ eſt modalis. Dico ꝙ pōt ſic diffiniri ſiue deſcribi. eſt cuius copula modificata aliquo mō determināte cōpoſitionē p̄dicati cū ſubiecto. Ex quo ſequit̄ ꝙ quando dicit petrus hyſpanus ꝙ modus ſubijcitur et verbū predicatur ſolū loquit̄ de modali cōpoſita. Sequitur ſecundo ꝙ ꝓpō non dr̄ ideo modalis q: in ip̄a ponatur modus. ſed quia in ip̄a ponitur modus determīans ꝯpōnem p̄dicati cū ſubiecto.

Quid eſt ꝓpō modalis.

Arguitur ſic primo. albedo adiacꝫ rei ⁊ tamen non eſt modus: ergo diffinitio modi nō ē bona. ¶ Secūdo ſic. nullū ſubiectuꝫ vel predicatū eſt determinatio copule: ſed modus eſt ſubiectum vel predicatum: igitur. ¶ Tertio ſic: nullum puruꝫ cathegorema pōt eſſe determinatio copule: ſed poſſibile ⁊ impoſſibile ſunt pura cathegoremata: ergo non poſſunt determinare copulam.

Adiacere q̄t modis capitur.

Ad primum dicitur ꝙ adiacere pōt capi dupliciter. vno mō prime intētionaliter vt idē ē ꝙ inherere. et ſic bn̄ albedo adiacet rei: alio modo capit̄ ſcḋe intentionaliter vt tātum valet ſicut ſignificare per modū adiacētis et ſic ſolū adiectiuū adiacet. ¶ Ad ſcḋm dicit̄ ꝙ poſſibile ⁊ impoſſibile capta ſcḋe intētionaliter ſunt ſubiectum vel p̄dicatum ꝓpoſitionis et ſic faciunt ꝓpoſitionē modalem cōpoſitam: ſed ip̄a capta prime intentionaliter ⁊ ſincathegorematice faciunt ꝓpoſitionem modalem diuiſam: ⁊ ſic nō ſubijciuntur neq̄ predicantur. ¶ Solutio tertij patet in ſecūdo notabili.

¶ De qualitate modalium.

Sciendum eſt primo ꝙ qualitas in modalibus diuiſis attenditur eodem mō ſicut in cathegoricis de ineſſe. ſ. ex parte copule totalis vel principalis partis: ita ꝙ illa dicitur proprie affirmatiua in qua nulla negatio neganter capta ponitur: vel cuius copula principalis. vel principalior pars copule nō negatur. ſed illa propoſitio dicit̄ negatiua in q̄ totalis copula: vel principalior pars copule negatur. ⁊ dicitur pricipalior pars propter tales propoſitiones ſortem poſſibile eſt non eſſe: ſortem poſſibile eſt non currere: in quibus totalis copula non negatur. tamen principalior pars copule negatur: ſcilicet infinitiuus qui eſt principalior pars: quia ratione eius extrema vniūtur adinuicem. Ex quo ſequitur ꝙ modus nō eſt pars copule ſed ſolum determinatio copule licet multi dicant oppoſitum ⁊ debent iſta intelligi de propoſitione modali diuiſa ⁊ non compoſita que eſt mera de ineſſe. Et ſi quis querat quid eſt propoſitio modalis compoſita dicitur ꝙ eſt in qua ponitur modus a parte ſubiecti vel predicati verificabilis de tota propoſitione mediāte copula nō modificata. Et dicit̄ notāter de tota ꝓpōne ꝓpter iſtas propōnes deū

Quō attēdit̄ q̄litas ī modalib⁹ diuiſis.

diligere eſt bonū: vel cum odire eſt malum: in quibus ponitur modus a parte predicati: ſi tū ſunt modales compoſite: quia talis modus non poteſt verificari de tota propoſitione.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ oēs propoſitiones in quibꝰ ponūtur iſti modi poſſibile ⁊c. ſolēt oēs diſtingui ſm ſenſum cōpoſitū ⁊ ſm ſenſum diuiſuȝ. licet tamē de rigore ſermonis non debeāt diſtingui. nam ſi modus ponatur a pte ſubiecti vel pdicati ſunt cōpoſite. ſi vero a parte copule ſunt diuiſe. Unde ſenſus ꝯpoſitus ſit faciēdo modū pdicari de tota ꝓpōne correſpondēte dicto vel ecōtra: vt ſenſus cōpoſitus iſtius ꝓpoſitionis albū poſſibile eſt eſſe nigrū eſt iſte: hec propoſitio albū eſt nigrū eſt poſſibilis. ſȝ ad dandū ſenſū diuiſum oportet mutare ſubiectuȝ in hoc pronoīe hoc ſupponēs pro illo ꝓ quo ſupponebat ſubiectū ⁊ hoc maxime qñ ſubiectū eſt cōcretū cōnotatiuū: vt ſenſus diuiſus iſtius ꝓpōnis albū poſſibile eſt eſſe nigrū ē iſte hoc poſſibile ē eſſe nigrū: vel pōt dari per vnā copulatiuā: vt hoc eſt albū ⁊ hoc poteſt eſſe nigrum.

Sciendum eſt tertio ꝙ quantitas in modalibꝰ diuiſis tripliciter attēditur. primo ex parte ſubiecti dicti: ⁊ ſic idem eſt iudicium ſicut de q̄titate propōnum de ineſſe. Alio mō ex parte modi. ⁊ ſic dico ꝙ iſti duo modi neceſſe et impoſſibile ſe habent circa copulā ſicut omnis nullus circa ſubiectū. nam neceſſe diſtribuit copulam pro quolibet tpe importato per ipam. ⁊ etiā impoſſibile. ſed cum hoc ipoſſibile includit negationē. ſed poſſibile ⁊ ꝯtingens faciūt copulam ſtare determiate pro tpe importato ꝑ ipaȝ. Ex quo ſequitur ꝙ ſenſus huiꝰ ꝓpōnis hoīem neceſſe eſt eſſe aīal eſt talis. hoīem ꝓ quolȝ tpe neceſſe eſt eſſe aīal: ⁊ ſenſus iſtius hoīem poſſibile eſt eſſe aīal eſt iſte: hoīeȝ pro aliquo tēpore poſſibile eſt eſſe aīal. Tertio attēdit̄ ex pte ſubiecti ⁊ modi ſimul. ¶ Ex quo ſequit̄ ꝙ aliqua propō pōt dici ſimul vlis ⁊ pticularis: vt omnē hoīem poſſibile eſt currere. aliqñ vlis ⁊ pticularis ſimul: vt ſubſtantiā neceſſe eſt eſſe animal. Sed de q̄titate ꝓpōnum modaliū ꝯpoſitarū. Reſpondetur ꝙ ad hoc ꝙ aliqd ſignum faciat ſpecialr ad quātitatē modaliū cōpoſitarū opȝ ꝙ capiat̄ in neutro genere. vñ hec propō omnē hoīem eſſe animal eſt poſſibile nō eſt vlis: quia ſenſus eiꝰ eſt. talis propō oīs hō eſt animal eſt poſſibilis mō talis eſt indefinita. nam dictū ſupponit materialr pro pluribꝰ propōnibꝰ indefinitis: ſed ſi debeat fieri vniuerſalis oportet addere ſignū vniuerſale in neutro genere cum iſta pticula ly: vt omē ly oēm hoīem eſſe aīal eſt poſſibile ⁊ eſt ſenſus oīs talis propō oīs hō eſt aīal eſt poſſibilis: ⁊ ſimiliter dicatur de alijs.

Arguitur ſic primo. in iſta propoſitione ſortes eſt poſſibilis ponitur aliqs iſtorū modorū: tamē nō eſt modalis: igitur. ¶ Scđo ſic. iſta propoſitio ſortē poſſibile eſt currere eſt modalis: ⁊ tamē nō modificatur aliquo iſtoruȝ modorum: igitur. ¶ Tertio ſic. in iſta propōne omnē hoīem currere eſt poſſibile ſubijcitur terminus cōis ſigno vniuerſali determinatus: ergo eſt vniuerſalis cuius oppoſitū dictum eſt.

Ad primū dicitur ꝙ ille modꝰ nō determinat cōpoſitionē predicati cum ſubiecto Ideo nō eſt modalis. ¶ Ad ſcđm dr̄ ꝙ illa diffinitio propōnis modalis datur ſolū de cōpoſita. que nō eſt ꝓprie modalis ſȝ de ineſſe. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ licet ibi ſubijciatur terminꝰ cōmunis materialiter tentus ſigno vniuerſali materialiter tēto determinatus: nō tamē pſonalr tēto. vel pōt dici breuiter ꝙ tale ſignū nō determinat totū ſubm: ſed ſolū partē ſubiecti.


Mariū aūt ꝓpōnū modaliū cōpoſſibilitas quattuor regulis cognoſcitur. quarū pria eſt cuicūqȝ dicto affirmato attribuit̄ poſſibile eidēȝ attribuit̄ cōtingēs. ⁊ ab eodē dicto remouetur ipoſſibile. ⁊ ab eiꝰ ꝯtradictorio oppoſito remouet̄ neceſſe: vt ſortē currere ē poſſibile: ſortē currere ē cōtigēs ſortē currere nō eſt ipoſſibile: ſorteȝ nō currere nō ē neceſſe. Scđa regla: cuicūqȝ dicto negato attribuit̄ poſſibile eidē attribuit̄ ꝯtigēs. ⁊ ab eodeȝ remouet̄ ipoſſibile: ⁊ ab eiꝰ cōtradictorio oppoſito remouet̄ necē vt ſortē nō currere eſt poſſibile: ſortē non currere eſt cōtingēs: ſortē nō currere nō eſt ipoſſibile: ſortē currere non eſt neceſſe. Tertia regla ē a quocūqȝ dicto affirmato remouet̄ poſſibile et ab eod remouet̄ cōtigēs: ⁊ eidē attribuit̄ ipoſſibile ⁊ eiꝰ cōtradictorio oppoſito attribuit̄ necē: vt ſortē currere nō eſt poſſibile: ſortē currere nō ē cōtigēs: ſortē currere eſt ipoſſibile: ſortē ñ currere ē necē. Quarta regla eſt a quocūqȝ dicto negato remouet̄ poſſibile ab eod remouet̄ ꝯtigēs ⁊ eidē attribuit̄ ipoſſibile ⁊ eiꝰ ꝯdictorio oppoſito attribuit̄ neceſſe: vt ſorteȝ nō currere nō ē poſſibile: ſortē nō currere nō ē ꝯtigēs: ſortē nō currere ē ipoſſibile ſortē currere eſt necē. Iſtaȝ aūt regularū exēpla diſponunt̄ in q̄tuor lineis ſiue ordinibꝰ figure ſequētis qui poſſunt per hos verſus denotari. Primꝰ amabimꝰ: edentulqȝ ſe-

ci ndus. Tertius illiace: purpurea reliquus. Deſtruit v totum: ſed a. cōfirmat vtrūq;. Deſtruit e. dictū: deſtruit i q; modū. Omē neceſſarie at impoſſibile quaſi nullus. Poſſibile quidam: quidā nō poſſibile non. Et dictū negat i q; modū: nihil a. ſ; v. totū. Oēs aūt propōes que ſunt in prima linea equipollēt p primā regulā et cōuertūtur inter ſe que vero in ſcda per ſecundā: que in tertia per tertiā: que in quarta p quartā. Item equipollētie vl' cōſequētie modaliū poſſunt haberi p hāc regulā omnes ppoſitiōes de poſſibili ⁊ īpoſſibili equipollent verbo ſimiliter ſe habente: ⁊ modo diſſimiliter: ⁊ oēs de īpoſſibili ⁊ neceſſario equipollent verbo diſſimiliter ſe habēte ⁊ mō ſimiliter: ſed oēs propoſitiones de īpoſſibili ⁊ neceſſario eq̄pollēt verbo: ⁊ mō diſſimil'r ſe habētibus. Et intelligit' modus ſimiliter aut diſſimiliter ſe habere q̄tum ad affirmationē ⁊ negationez: vt dicat' ſimiliter ſe habere cum affirmatur in vtraq; vel in vtraq; negatur diſſimiliter autē qū affirmatur in vna et negatur in alia. ⁊ eodē mō intelligendum eſt de verbo ſicut dictum eſt de mō. Et ſciendū eſt q̄ in p̄dicta regula nō facimus mentionē de contingēti eo q̄ cōuertitur cum poſſibili: vnde idem eſt iudiciu; de propōnibus vtriuſq;. exempla aūt querātur in figura diſpoſita p q̄ttuor ordines: q: iſta regula generalis eſt ad omnes.

¶ Sciendum eſt p'io q̄ quattuor ſunt dictōes ad cognoſcendum equipollētias ppoſitionum modalium. ſ. amabimus: edētuli: illiace: ⁊ purpurea. Et ſunt quattuor regule q̄ dāt intelligere iſtas dictiones. ſ. a. e. i. ⁊ v. Unde p a. itelligit' ppō de aliquo mō in qua explicite nulla negatio ponit'. Per e. intelligit' propoſitio in qua negatio ponit' poſt modū: ſc; vel ad īfinitū qū modus tenet' noīaliter vel ad eſſe qū mod' tenetur aduerbial'r. Per i. itelligit' ppō in qua negatio ponit' ad modū. Per v. intelligit' ppō in qua negatio ponitur poſt modū ⁊ ad modū.

¶ Sequitur figure.

Purpurea Illiace



Amabimus Edentuli

¶ Aduerte vlterius q̄ in qualibet p̄dictarum dictionū ponūtur quattuor vocales. Uñ per primam intelligit' ppoſitio de poſſibili. per ſcdam propō de contingenti. per tertiam propō de impoſſibili. per quartam propoſitio de neceſſario: nō q̄ oporteat q̄ ille propoſitiōes ſint ſemp de poſſibili: vel cōtingenti: vel impoſſibili: vel neceſſario. Sed q̄ in ipis ponat' modus poſſibilis contingēs impoſſibile vel neceſſe: ⁊ debēt ſignari ille dictōes per digitos ⁊ facere vnā figuram quadrangularē. ¶ Unde p primā ſillabā hui' dictionis amabimus intelligitur q̄ ppoſitio in qua ponit' iſte mod' poſſibile debet eſſe ſine negatione. Per ſcdam q̄ propō in qua ponit' contingens nullā debet habere negationē. Per tertiam q̄ in propōne in qua ponit' impoſſibile debet poni negatio ad modū. Per quartā q̄ in ppoſitione in qua ponit' neceſſe debet poni negatio ad modū ⁊ poſt modū. ⁊ ſimiliter poſſet practicari in alijs dictionib'. Aduerte tñ q̄ oēs iſte equipollētie dant' de modali diuiſa attēdendo equipollētiā ex pte modi tm̄. l; multi attribuāt modalib' ɔpoſitis: qđ tamē nō eſt verū.

Sciendum eſt ſcdo q̄ equipollentie que cōiter dantur in modalibus attēdūtur penes q̄litatem modi: licet tamē poſſint attendi penes quātitatē ſubiecti: ⁊ etiā penes quātitatem modi ⁊ ſubiecti ſimul. Et aduerte q̄ ad hoc q̄ alique propōnes equipolleāt op; q̄ ſubiecta ⁊ p̄dicata eodēmodo accipiantur ſiue vniformiter. Ex quo ſequitur q̄ iſte nō equipollēt omē ens poſſibile eſt eſſe aial: aliqđ ens poſſibi-

le eſt eſſe aial:cum vna ſit vera et reliqua falſa. ¶ Aduerte vlteri⁹ q̄ oēs propoſitiones modales diuiſe de eadē linea equipollēt: dūmodo ſubiecta ⁊ p̄dicata eodē mō accipiātur hoc attēdendo equipollentiā ex ꝑte modi. ſed ſi acapiātur ex ꝑte ſubiecti tantū eodē mō accipit̄ equipollentia in illis de ineſſe dūmodo mod⁹ teneatur vniformiter. vt iſte equipollent nō quilibet hō poſſibiliter eſt currēs:⁊ quidā hō nō poſſibiliter eſt currēs. Sed pro equipollētia modaliū ex parte modi ⁊ ſubiecti ſimul ponūtur aliq̄ regule. ¶ Prima: ſi in aliqua ꝓpōne preponatur negatio ſigno ⁊ modo. tunc equipollet vni de ſigno ꝯtradictorio ⁊ mō cōtradictorio: vt iſte eq̄pollent non quilibet hō poſſibiliter eſt albus: et quidā hō impoſſibiliter eſt alb⁹. ¶ Scḋa regula. ſi in aliqua propōne ponatur negatio poſt ſignū ⁊ modum equipollet vni de ſigno cōtrario et modo cōtrario vel ſubalterno: vt quilibet hō neceſſario nō currit equipollet iſti nullus homo īpoſſibilit̄ currit. De ſubalternis pōt poni alia regula q̄ ſatis facilis eſt ſicut in illis de ineſſe.

Sciendū eſt tertio q̄ ꝓpoſitiones modales ꝯpoſite in eadē linea nō equipollent: q: ꝓpōnes equipollentes debent eſſe eiuſdem ſubiecti ⁊ p̄dicati: ſed modales ꝯpoſite in eadē linea nō ſunt eiuſdē ſubiecti ⁊ p̄dicati: vt patet de iſtis duab⁹ ſortē currere eſt poſſibile: ſortem nō currere nō eſt neceſſe. nam ſubiectū in prīa eſt hoc dictū affirmatū ſortē currere ⁊ p̄dicatū eſt poſſibile. ſed ſubiectum ſcḋe eſt hoc dictū negatum ſortē nō currere: ⁊ p̄dicatum eſt neceſſe. Et ſi q̄s dicat in iſtis modalib⁹ cōpoſitis vna ſequitur ad aliā: vt bene ſequit̄ ſortē currere eſt poſſibile: ḡ ſortem currere nō eſt poſſibile: ⁊ hoc nō fit niſi ꝑ equipollentias. Reſpondetur q̄ tales cōſequētie fundant̄ ī aliquib⁹ regulis. Quarum prima eſt talis. ſi aliqua ꝓpō eſt poſſibilis ipſa nō eſt īpoſſibilis ⁊ ecōtra. ſed ſcḋa eſt ſi aliqua propō eſt poſſibilis ſua ꝯtradictoria nō eſt neceſſaria. Tertia: ſi aliqua propō ē neceſſaria ſua contradictoria eſt impoſſibilis. Quarta eſt: ſi aliqua propoſitio eſt impoſſibilis ſua contradictoria eſt neceſſaria.

Arguitur primo ſic. iſte due ꝓpoſitiones ſunt in eadē linea: hoīem nō poſſibile eſt currere: oēm hoīem impoſſibile eſt currere: ⁊ tñ nō equipollent: igitur. ¶ Scḋo ſic. iſte nō equipollēt: nō oīs hō poſſibilit̄ currit: quidā homo impoſſibiliter currit: ⁊ tamē ſunt in eadē linea: igitur. ¶ Tertio ſic. in iſtis propōnibus oīs hō poſſibiliter nō currit: nullus hō poſſibiliter currit ſeruātur omnes conditiones ſiue ea que debent obſeruari in equipollentijs: et tamen non equipollent: igitur.

Ad primū dicitur q̄ eſt defectus: q: ſubiecta non tenentur vniformiter. Ad ſcḋm dicitur q̄ ille bene equipollent attendendo equipollentiam ex parte ſubiecti ⁊ non ex parte modi. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ modus non tenetur vniformiter: ideo non equipollent.

Item propoſitionum modalium: alie ſūt cōtrarie alie ſubcōtrarie. alie contradictorie: alie ſubalterne. vnde quartus ordo ⁊ tertius cōtrariantur ſiue propōnes poſite in tertia ⁊ quarta lineis. Prim⁹ ordo et ſcḋus ſubcōtrariātur: primus ordo et tertius cōtradicūt. et ſimil'r ſecūdus et quart⁹: ſed primus ordo ſubalternatur quarto et ſil'r ſecūd⁹ tertio. vñ v̄ſ⁹. Terti⁹ eſt quartus ſemper contrarius ordo ſit tibi linea ſubcōtraria prima ſecunde. terti⁹ eſt prio cōtradictori⁹ ordo. Pugnat cum quarto cōtradicēdo ſecūdus. Pria ſub ē quarte vice particularis habens ſe. Hanc habet ad ſeriem ſe lege ſecūda ſequentem.

¶ Sciendum eſt primo q̄ pro declaratione ꝓpoſitionū modaliū ſupponitur q̄ iſti mōi poſſibile ⁊ īpoſſibile cōtingēs ⁊ neceſſe: ampliāt terminos p̄cedētes ⁊ ſequētes pro illo qḋ eſt vl' poteſt eſſe. aliter propōnes de diuerſis mōis nūq̄ opponerent̄ cū termi deberēt teneri vniformit̄. ¶ Scḋo ſupponit̄ q̄ de oppoſitionib⁹ ꝓpōnū modaliū diuiſaꝝ ponunt̄ aliq̄ regule. Quarum prima eſt. ꝓpoſitiōes modales diuiſe de ſubis ſingularib⁹ ⁊ modis ꝯtrarijs opponuntur ꝯtrarie ſm formā ſeruatis ꝯditionib⁹ req̄ſitis ad cōtrarias: vt ſortē neceſſe eſt eē aial: ſortē īpoſſibile eſt eē aial: ⁊ de modis cōtradictorijs opponūtur ꝯtradictorie: ⁊ de modis ſubcōtrarijs ſubcōtrarie: ⁊ de modis ſubalternis ſubalterne ſeruatis cōditionib⁹ requiſitis ad tales oppōnes. Et ſi q̄s dicat due ſingulares nō poſſunt opponi ꝯtrarie. ḡ male dictū eſt q̄ due ſingulares d̄ ſubiectis ⁊ modis ꝯtrarijs opponunt̄ cōtrarie. R̄ndetur q̄ due ſingulares de ſubiectis ſingularibus v'les tñ de modis bene poſſunt opponi cōtrarie: ⁊ hoc ſm formā: quia nō poſſunt ſimul eſſe vere: ⁊ ſimiliter dicatur de alijs.

Sciendum eſt ſecūdo q̄ propoſitiones modales diuiſe de ſubis cōib⁹ ⁊ de mōis ꝯtrarijs opponūtur ꝯ̄rie ſeruatis ꝯditionib⁹ requiſitis ad ꝯ̄rias vt oēm hoīem neceſſe eſt eſſe aial. oēm hoīem īpoſſibile eſt eē aial: ⁊ de mōis ꝯ̄dictorijs opponunt̄ ꝯ̄dictorie: ⁊ de mōis ſubcōtrarijs ſubcontrarie: ⁊ de modis ſubalternis ſubalterne ſeruatꝫ ꝯditionib⁹ req̄ſitis ad tales oppōnes. vñ ꝓpōnes modales diuiſe de tertia et quarta lineis opponūtur ꝯ̄rie. ⁊ de pria ⁊ ſecūda lineis opponunt̄ ſubcontrarie: ⁊ de prima et tertia lineis opponūtur ꝯ̄dictorie: ⁊ etiam de q̄rta ⁊ ſcḋa. ſed ꝓpōnes modales diuiſe. de prima ⁊ q̄rta ⁊ etiā de ſcḋa ⁊ tertia lineis opponūtur ſubalterne: ſeruatiſ ꝯditionib⁹ req̄ſitis ad tales ꝓpōnes de q̄bus ſatis viſū eſt. Sed reſtat

vna parua difficultas: vtrū ꝓpoſitiones de contingēti ſpāliter capto eodē mō equipolleāt ⁊ opponātur ſicut ꝓpōnes de ꝯtingēti gn̄aliter capto. Rn̄detᷣ ꝙ nō: q2 ꝯrie de contingēti ſpāliter capto: ⁊ ſubcōtrarie ſolū opponunt̄ ſm modum enūciādi ⁊ nō ſm formā: q2 aliqn̄ ſunt ſimul falſe ⁊ aliqn̄ ſimlr̄ vere vt alias videbit̄ in logica.

Sciendū eſt tertio ꝙ in modalib⁹ cōpoſitis eodē mō ſumūtur oppoſitōes ſicut in illis de ineſſe: ita ꝙ ſingularis affirmatiua ꝯtradicit ſingulari negatiue obſeruatis ꝯditionib⁹ reqſitis ad ꝯdictionē vt iſte due ꝯtradicūt: hoc ly hoīem currere eſt poſſibile: hoc ly hoīem currere nō eſt poſſibile. ſilr̄ vlis ⁊ pticularis ꝯtradicunt obſeruatis ꝯditionib⁹: vt oē ly hoīem currere eſt poſſibile: qddā ly hoīem currere non eſt poſſibile. ⁊ pticular̄ affirmatiua ⁊ negatiua opponūtur ſubcōtrarie: vt qddā ly hoīem currere eſt poſſibile: ⁊ qddā ly hoīem currere nō eſt poſſibile. ⁊ ſilr̄ dicat̄ de alijs oppoſitionib⁹ puta ꝯ ꝯtrarijs ⁊ ſubalt̄nis. ſ. ꝙ vlis affirmatiua ⁊ vlis negatiua opponunt̄ ꝯtrarie. ⁊ vlis affirmatiua et pticularis affirmatiua opponunt̄ ſubalterne ſeruatis ꝯditionib⁹ ad tales oppoſitōes: vt oē ly hoīem currere eſt poſſibile. nullū ly hoīez currere eſt poſſibile. Et ſi qs dicat quis eſt ſenſus hui⁹ ꝓpōnis omē ly hoīem currere eſt poſſibile. Dicitur ꝙ talis eſt ſenſus: oīs talis ꝓpō hō currit eſt poſſibil̄. Et ſi qs dicat qd eſt ꝓpō poſſibilis. dr̄ ꝙ eſt illa q̄ ſignificatione totali ⁊ ꝓpōnali ſignificat ita eē ſicut poſſibile eſt eſſe.

Primo arguitur ſic. iſte propōnes ens poſſibile eſt eſſe deū: ens īpoſſibile eſt eē deum: ſunt in prima ⁊ tertia lineis: ⁊ tn̄ nō opponūtur cōtradictorie cuz poſſint ſimul eſſe vere: igitur. ¶ Scḋo ſic. iſte due hoīem poſſibile eſt currere: oēm hoīem poſſibile eſt non currere opponūtur ꝯtrarie cum vna ſit vlis affirmatiua: ⁊ alia vlis negatiua: ⁊ tn̄ nō ſunt de tertia ⁊ q̄rta lineis. ¶ Tertio ſic. iſte due ſortē ꝯtigit eē aīal: ſortē nō ꝯtingit eē aīal ſunt ī pria ⁊ ſcḋa lineis. et tn̄ nō opponūt̄ ſubcōtrarie cū ſint ſiml̄ falſe.

Ad primum dicitur ꝙ non obſeruantur ꝯditiones reqſite ad ꝯdictorias. iō non opponunt̄ ꝯdictorie. ¶ Ad ſcḋm dr̄ ꝙ ꝓpōnes vles ex pte dicti et pticulares ex pte modi non ſeruant aliquā legē oppōnis neq3 econtra. cū ōi ſunt ille de qb⁹ fit inſtātia: ⁊ cū ar̄. iſta eſt vlis affirmatiua. ⁊ alia vlis negatiua. Rn̄det̄ ꝙ veruz eſt ex pte dicti. ſ3 nō ex pte modi. Ad tertiū dicitur ꝙ ſi ꝯtīgēter capiat̄ gn̄alr̄ vt ꝯuertit̄ cū poſſibili. tūc ille due opponunt̄ ſubcōtrarie ſm formam ⁊ nō ſunt ſimul falſe. ſ3 ſi ꝯtingēs accipiat̄ ſpāliter ꝓ illo qḋ pōt eſſe et nō eſſe. tūc ille due nō ſiunt in p̄ma ⁊ ſcḋa lineis. q2 linee nō ſunt ex ꝯtingēti capto ſpālit̄: ſ3 ex ꝯtīgēti capto gn̄alr̄.

¶ Sequit̄ textus.

rū q̄ ſunt. q̄dam dicūtur de ſubiecto in ſubiecto vero nullo ſunt. vt genera ſpēs ſubſtātie ⁊ dr̄ie earū q̄ oīa dicūtur ſubſtātie vl'es extenſo noīe ſubſtātia: vt hō aīal rōnale. Dici de ſubiecto put hic ſumit̄ eſt ſuperius dici de inferiori. vt aīal dicitur d̄ homine ⁊ hō de ſorte: ⁊ color de albedine. ⁊ eſſe in ſubiecto ſumit̄ ſm q̄ accidens eſt in ſubiecto. Alia vero neq̄ de ſubiecto dicunt̄ neq̄ in ſubiecto ſunt vt indiuidua ſubſtātie. Alia dicuntur de ſubiecto ⁊ ſunt in ſubiecto vt genera ⁊ ſpēs alioꝝ nouē p̄dicamentoꝝ dicūtur de inferiorib⁹ ⁊ ſūt in ſubiecto ſicut accn̄s in ſubiecto vt color d̄r de albedine: vt de inferiori et eſt in corpore vt in ſubiecto. Alia vero in ſubiecto ſunt ⁊ de ſubiecto nullo dicūtur: vt hec ſcīa eſt in aīa. vt accidens in ſubiecto: ſed non d̄r de aliquo inferiori: vt iſte color eſt in corpore vt in ſubiecto. ⁊ nō d̄r de ſubiecto: oīs em̄ color in corpore eſt. Q̄n alterū de altero p̄dicatur. vt de ſubiecto quecūq̄ de eo q̄d p̄dicat̄ dicuntur oīa de ſubiecto dicūtur vt ſortes eſt hō: hō eſt aīal ergo ſortes eſt aīal diuerſoꝝ generū ⁊ nō ſubalternatim poſitoꝝ diuerſe ſunt ſpēs ⁊ dr̄ie. vt aīalis ⁊ ſcīe: que ſunt diuerſa genera d̄rie em̄ aīalis ſunt rōnale irrōnale. diuidit̄ em̄ ꝑ has dr̄ias. vt aīaliū aliud rōnale aliud irrōnale. dr̄ie aūt ſcientie ſunt naturale morale ⁊ ſermocinale. Diuidit̄ em̄ ſciētia per has differentias vt ſciarum alia naturalis. alia moralis alia ſermocinalis.

¶ Sciendum eſt primo q̄ ad ꝑfecte cognoſcēdum ſcd̄am diuiſionē antepredicamētalē, ponuntur octo modi eſſendi in. qui ſatis patēt in textu: ideo ponitur ſcd̄a diuiſio eoꝝ que ſunt. q̄dam dicūtur de ſubiecto ⁊ in ſubiecto vero nullo ſunt. vt genera ⁊ ſpēs p̄dicamenti ſubſtantie vñ dici de ſubiecto eſt ſuperi⁹ predicari de ſuo inferiori. Sed eſſe in ſubiecto eſt eſſe in alio ſicut accidēs in ſubiecto. vel denomīatiue p̄dicari de ſubiecto ſicut ſunt genera ⁊ ſpēs p̄dicamētorum accidentis. alia ſunt q̄ non ſunt in ſubiecto. q: nō ſunt accidētia neq̄ dicūtur de ſubiecto q: nō ſunt ſuperiora ſicut indiuidua p̄dicamenti ſubſtātie. vt petrus ⁊ iohānes. alia ſunt q̄ ſunt in ſubiecto ⁊ de ſubiecto dicūtur vt genera et ſpēs accidentiū. Quedā ſunt in ſubiecto ⁊ d̄ ſubiecto nullo dicūtur. vt indiuidua accidētiū vt hec albedo: hec nigredo. ⁊ valet iſta diuiſio ad cognoſcendū differentiam eoꝝ que ponunt̄ in predicamento ſubſtantie ab his que ponunt̄ in predicamento accidentis.

Sciendum eſt ſcd̄o q̄ prima regula antep̄dicamentalis eſt iſta q̄n alterū de altero d̄r ⁊c. que deb; ſic intelligi. q̄n aliq̄d ſuperi⁹ predicat̄ de ſuo per ſe inferiori. q̄cquid eſſentialiter vel ꝑ ſe p̄dicat̄ de illo ſuperiori etiā p̄dicabitur de inferiori. vt ſi aīal p̄dicat̄ de homīe q̄cquid p̄dicat̄ eſſentialiter vel ꝑ ſe de aīali etiā p̄dicabit̄ de hoīe. Et dicit̄ notāter eſſentialiter q: nō op; q̄ q̄cquid accidētaliter p̄dicat̄ de ſuperiori p̄dicet̄ de inferiori. nam genus bñ p̄dicatur de aīali ⁊ tamē nō predicat̄ de homīe. Et valet iſta regula ad cognoſcendum ordinē eoꝝ que ponuntur in vno predicamento. Prima regula antepredicamētalis.

Tertio ſciendum eſt q̄ ſcd̄a regula antep̄dicamētalis eſt iſta. diuerſoꝝ generū ⁊c. que ſic eſt intelligenda. q̄ñcūq̄ ſunt diuerſa genera quoꝝ vnū nō cōtinetur ſub alio nec ambo ſub vno tertio. tūc illoꝝ generum ſunt diuerſe ſpēs ⁊ differētie. vt aīal ⁊ ſcīa ſunt duo genera quoꝝ vnum nō ꝯtinetur ſub alio nec ambo ſub vno tertio. ideo hñt diuerſas ſpēs ⁊ differētias Et dicitur notāter quoꝝ vnū nō continet̄ ſub alio nec ambo ſub vno tertio. q: tunc eorū poſſent eſſe eedē ſpēs ⁊ differētie: q: tunc talia genera eſſent ſubalternatim poſita. ⁊ valet iſta regula ad cognoſcendū ordinē eoꝝ q̄ ponūtur in diſtīctis p̄dicamētis. diuerſa eoꝝ predicamēta habent diuerſas ſpecies ⁊ differentias. Secūda regula antep̄dicamētalis.

Arguitur ſic primo ſortes eſſentialiter p̄dicat̄ de ſeipo: ꝰ male d̄: q̄ non d̄r de ſubiecto. ¶ Scd̄o ſic: nō ſeq̄tur hō eſt aīal: aīal diuidit̄ ꝑ rōnale ⁊ irrōnale: ꝰ hō diuidit̄ ꝑ rōnale ⁊ irrōnale: ꝰ prima regula nō eſt bōa. ¶ Tertio ſic: aīal ⁊ ſcīa ſunt genera nō ſubalternatim poſita ⁊ tñ eoꝝ eſt eadem differentia: ſcȝ rōnale: ergo ſcd̄a regula nō eſt bona.

Ad primū dicit̄ q̄ ſortes bene p̄dicat̄ de ſeipo: ſed nō tanq̄ de ꝑ ſe inferiori. ideo nō d̄r de ſubo. ¶ Ad ſcd̄m d̄r q̄ variat̄ genus ſuppoſitionis in tali argumētatione. ¶ Ad tertium d̄r q̄ rōnale nō eſt differentia aīalis ⁊ ſcīe niſi capiendo rationale equiuoce.

e Orū q̄ ſm nullā cōplexionē dicūtur ſingulū aut ſignificat ſubāȝ: aut q̄litatē aut quātitatē: aut ad aliq̄d aut agere: aut pati: aut vbi: aut q̄n: aut ſitū eſſe aut hr̄e. Eſt em̄ ſuba vt exēplarit̄ dicat̄ vt hō

et equus: q̄ntitas vt bicubitū tricubitum. ad aliqd vt duplū triplum. qualitas vt albedo nigredo. vbi vt in loco eſſe. Quādo: vt heri fuiſſe cras fore. Situs: vt iacere ſedere. Habere vt armatū eſſe calciatū eſſe. agere vt ſecare vrere. pati vt ſecari vri. His habitis dicendū eſt de vno quoqȝ predicamētoꝝ. ⁊ primo de ſubſtātia cuȝ ſit prior alijs predicamētis. Subſtātia aūt diuiditur per primā ⁊ ſcd̄am. Pria ſubſtātia eſt que proprie principaliter ⁊ maxie ſubſtare dr̄. Uel pria ſubſtantia eſt que neqȝ i ſubiecto eſt neqȝ de ſubiecto dr̄ vt aliquis homo aliquis equus. Scd̄e ſubſtantie ſunt ſpecies i qbus ſunt prie ſubſtātie et harum ſpērum genera vt homo et aīal. Eſt eñi aliquis homo i hoīe. qui eſt ſpēs. ⁊ homo i aīali quod eſt genus. Indiuidua ſubſtātie dicunt̄ prime ſubſtantie. q2 prio ſubſtant alijs. Genera vero et ſpēs earum dicūtur ſcd̄e ſubſtātie. q2 ſcd̄o ſubſtant alijs. vt aliquis homo dr̄ grammaticus. ⁊ currēs ⁊ aīal ⁊ ſubſtātia: ergo homo dr̄ grāmaticus currēs aīal ⁊ ſubſtantia. Itē ea q̄ dn̄r de ſubō oīa p̄dicant̄ noīe ⁊ rōne. vt hō p̄dicat̄ d̄ ſorte ⁊ platone. Eoꝝ vo q̄ ſunt i ſubō i plurib⁹ quidē neqȝ nomen neqȝ rō p̄dicat̄ de ſubō: vt h̄ albedo vl̄ h̄ albū. In aliqb⁹ aūt nomē nihil phibet p̄dicari d̄ ſubō Rōnē vo p̄dicari de ſubō ē impoſſibile vt albū p̄dicat̄ de ſubō rō vo albi nūq̄ de ſubō p̄dicat̄. Itē ſecundaꝝ ſubſtantiaruȝ ſpēs eſt magis ſubā q̄ genus. q2 ſpēs eſt ꝓpinquior prime ſubſtātie q̄ gen⁹. ⁊ etiā q2 pluribus ſubſtat. Quibuſcūqȝ eñi ſubſtat gen⁹ eiſdem ſubſtat ſpēs: ⁊ cū hoc ſpēs ſubſtat ipſi gn̄i. Sed ſpēs ſpecialiſſime equaliter ſubſtant et eq̄liter ſunt ſubſtantie: vt hō equus ⁊ ſimilia.

¶ Sciendū eſt p̀mo ꝙ poſtq̄ determiatuȝ eſt de añpredicamentis ꝯn̄r determiandū eſt de p̄dicamentis ponēdo talē diuiſionem. Eoꝝ q̄ ſm̄ nullam cōplexionē dicunt̄ ſingulū aut ſignificat ſubām aut q̄ntitatē ⁊c̄. ita ꝙ ꝓprie accipit̄ ibi act⁹ ſignatus ꝓ exercito ſicut in multis locutionib⁹. ⁊ hoc tenēdo ꝙ res ſūt in p̄dicamēto. ita ꝙ eſt ſenſus ſingulū aut ſignificat ſubāȝ. i. ē ſubā. Ex quo ſequitur q̄ diuiſum iſti⁹ diuiſionis eſt dicibile in cōplexū finitū ⁊ limitatū. Et ſi quis dicat ibi diuiditur illud qđ ſignificat ſubām. ſed ſolus termin⁹ eſt hmōi ⁊ gr̄. Rn̄det negādo ꝙ ibi diuidatur illud qđ ſignificat ſubam: ſȝ illud qđ eſt ſubſtantia aut q̄ntitas: quia ibi accipitur act⁹ ſignatus ꝓ actu exercito.

Subſtātie diffo.

Sciēduȝ eſt ſecundo q̄ ſubſtantia diuidit̄ in p̀mā ⁊ ſcd̄am: q2 oīs ſubſtantia finita eſt vlis ⁊ ſic eſt ſcd̄a ſuba vel ꝑticularis ⁊ ſingularis. ⁊ ſic eſt prima vt aliqs hō. i. iſte hō. Unde prima ſubſtātia q̄ eſt ꝓprie principaliter ⁊ maxime ſubſtare dicit̄. ⁊ dicit̄ ꝓprie ad differētiaȝ accidentiū que ꝓprie nō ſubſtāt. ⁊ dr̄ principaliter ad differentiam ſcd̄aꝝ ſubſtātiaꝝ que p̄ncipaliter nō ſubſtāt ⁊ dicitur maxime id eſt pluribus modis ſubſtandi ad differentiam ſcd̄aꝝ ſubſtantiarum. vel pōt ſic diffiniri. eſt q̄ nec eſt in ſubiecto nec de ſubiecto dicit̄. ⁊ dȝ ibi intelligi ſubſtantia. ita ꝙ eſt ſenſus. prima ſubſtantia eſt ſubſtantia que nec in ſubiecto ⁊c̄. Sed ſecūde ſubſtantie ſunt genera ⁊ ſpēs in quib⁹ ſūt prime. vt aliquis homo. iſte homo in homine ſicut ſupple inferius in ſuo ſuperiori: vn̄ dici de ſubiecto eſt predicari noīe ⁊ rōne. i. affirmatiue et eſſentialiter. vn̄ illa que ſūt in ſubiecto ſicut accidentia nō predicant̄ neqȝ noīe neqȝ rōne. id eſt eſſentialiter.

Sciēdū eſt tertio ꝙ ſecūde ſube differunt adinuicem: q2 ſpecies eſt magis ſubſtātia q̄ genus: q2 ſpēs eſt ꝓpinquior primis ſubſtantijs q2 immediate dicit̄ de ipſis. ¶ Secūdo q2 plurib⁹ ſubſtat ſpēs q̄ gen⁹. i. plurib⁹ modis ſubſtandi ſubſtat q̄ genus: q2 ſubſtat accidentibus et cū hoc ſubſtat generi. ſed ſpecies ſpāliſſime equaliter ſunt ꝓpinque primis ⁊ equalit̄ ſubſtant: id eſt equalibus modis ſubſtandi. Ex quo pȝ ꝙ vna ſubſtātia nō dr̄ magis ſubſtare eo ꝙ ſit ſubiectuȝ pluriū accidentiū: q2 tunc homo eſſet magis ſubſtātia. ſȝ q2 plurib⁹ modis ſubſtandi ſubſtat. Ex quo ſequitur ſcd̄o ꝙ inter p̄mas ſubſtantias vna nō eſt mag⁹ ſuba q̄ alia.

Arguit̄ ſic primo chimera nō eſt in ſubiecto neqȝ de ſubiecto dicitur. ⁊ tn̄ nō eſt prima ſubſtātia: igit̄ diffinitio p̀me ſubſtantie nō eſt bona. ¶ Scd̄o ſic: ſubſtantia nō ſuſcipit magis ⁊ minus: ḡ ſpēs nō eſt magis ſubſtantia q̄ genus. ¶ Tertio ſic: homo ſubſtat pluribus accidentibus q̄ equus. ergo ſpēs ſpecialiſſime nō equaliter ſubſtant.

Ad primū dr̄ ꝙ talis diffinitio nō datur ſimpliciter ꝑ negationē: ſed intelligitur poſitiuū ſcȝ ſubſtantia. ¶ Ad ſcd̄m dr̄ ꝙ patet quid ſit dicendū: q2 vna ſuba nō dr̄ magis ſubſtantia q̄ alia eo ꝙ ſuſcipiat magis ⁊ minus.

ſed quia plurib⁹ modis ſubſtādi ſubſtat. ¶ Et ſimiliter dicatur ad tertiū: ſcʒ ꝙ nō dicitur magis ſubſtātia eo ꝙ ſubſtet pluribus accidētibus ſed quia pluribus modis ſubſtandi ſubſtat.

His viſis dicendū de cōitatibus et ꝓprietatib⁹ ſubſtātie. Cōe eſt omni ſubſtātie in ſubiecto non eſſe: q2 eē in ſubiecto cōpetit ſolum accidenti. Hoc ptʒ in primis ſubſtātijs ꝑ diffinitionē prime ſubſtantie. In ſecūdis aūt ptʒ inductione ꝛ ſillo. inductiōe ſic: hō non eſt in ſubiecto: equus non eſt in ſubiecto neqꝫ aīal: ꝛ ſic d̄ ſingulis: ergo nulla ſcd̄a ſubſtātia ē in ſubiecto. Sillogiſmo ſic. nihil eorū que ſunt in ſubiecto ꝑdicatur noie ꝛ rōne de ſubiecto: ſed oīs ſcd̄a ſubſtātia ꝑdicatur noie et rōne de ſubiecto: ergo nulla ſcd̄a ſubſtantia eſt in ſubiecto. Hoc aūt nō eſt ꝓpriū ſube: ſed etiaʒ drie cōpetit: ꝛ hoc intelligit̄ de differētijs ſube. Nec ē iſtātia de partib⁹ ſube que ſunt in ſuo toto. ꝛ ideo videtur eſſe in ſubiecto: q2 ali⁹ eſt modus eſſendi in: vt accidēs i ſubiecto. et alius ſicut ꝑs ē in ſuo toto. vt pri⁹ patuit. Itē oībus ſcd̄is ſubſtātijs et differētijs eaꝝ cōuenit vniuoce predicari de primis. Hec eñ oīa ꝑdicātur de primis ſubſtātijs noie ꝛ rōne quare vniuoce ꝑdicātur. Itē oīs prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid id eſt indiuiduū ꝛ vnum numero. ſed ſcd̄a ſuba videt̄ ſignificare hoc aliquid ſub appellationis figura eo ꝙ eſt in pria ſuba vl̄ etiā de eſſentia ei⁹ nō tñ ſignificat hoc aliqd. ſed poti⁹ quale quid ſiue quid cōe. nō eñ illud qd̄ ſignificatur ꝑ ſcd̄am ſubſtantiam eſt vnum numero ſicut illud quod ſignificatur per primā ſubſtantiam.

¶ Primo ſciendū eſt ꝙ ōñter determinanduʒ eſt de ꝓprietatib⁹ ſubſtātie. vñ ſex ſunt ꝓprietates ſubſtantie. Prima cōmune eſt oīñ ſubſtantie in ſubiecto nō eſſe cum hoc ſolū ꝯueniat accidentib⁹. de primis ſubſtantijs patʒ: quia prima ſubſtātia eſt ſubſtantia q̄ nec eſt in ſubiecto nec de ſubiecto d̄r. De ſcd̄is ptʒ inductiōe ꝛ ſillogiſmo. inductione ſic. equus nō eſt in ſubiecto. hō *Sube ꝓprietates.*

nō eſt in ſubiecto: ꝛ ſic de alijs: ḡ nulla ſcd̄a ſubſtantia eſt in ſubiecto. Sillogiſmo ſic: quia nihil qd̄ eſt in ſubiecto ꝑdicat̄ noie ꝛ rōne. i. eſſentialiter de illo ſubiecto. Sed ſcd̄e ſubſtātie ꝑdicat̄ eſſentialr̄ de primis ſubſtantijs: igit̄ nulla ſcd̄a ſuba eſt in ſubiecto. Et aduerte ꝙ in illa ꝓpoſitione intelligit̄ eſſe. ita ꝙ eſt ſenſus. cōe eſt omni ſubſtātie eſſe in ſubiecto ꝛ nō eſſe in ſubiecto. Et ſi quis dicat iſta ꝓprietas cōuenit differētijs ſubſtātie videlicet rōnali: ḡ non ꝯuenit ſoli ſubſtantie: q2 drie nō ſunt ſube. ḡ nō eſt bona. Reſpondetur ꝙ drie nō ſunt ſube capiēdo ſubſtantiaʒ ſtricte ꝓ oīñ illo qd̄ eſt directe in ꝑdicamēto ſube: ſed bene capiēdo ſubam large ꝓ oī illo qd̄ eſt in ꝑdicamēto ſube ſiue directe ſiue indirecte: etiā ptes integrales non ſunt in toto ſicut in ſubo: ſed ſm alium modum eſſendi.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ ſcd̄a ꝓprietas ſubſtātie eſt iſta: oībus ſcd̄is ſubſtātijs ꝛ earum differētijs ꝯuenit vniuoce ꝑdicari de primis: ptʒ: quia ſcd̄e ſubſtātie ꝑdicantur de ꝑmis vno noie ꝛ vna rōne. i. eſſentialr̄. iō lʒ drie nō habeant rōnem. i. diffinitionē: tñ eſſentialr̄ predicātur. Et ſi q̄s dicat accidētia ꝑdicātur vno nomine ꝛ vna rōne de ſuis ſubiectis: q2 de quocūqꝫ ꝑdicatur diffinitū ꝛ diffinitio. ſed accidēs predicat̄ de ſubiecto: ḡ ei⁹ diffinitio. Reſpondetur negando ꝯñam: quia ibi nō accipitur predicari ratiōe. i. diffinitione: ſed vt idē eſt ꝙ eētialr̄. *Sc̄da ꝓprietas ſube.*

Sciendū eſt tertio ꝙ tertia ꝓprietas ſubſtantie eſt iſta. omnis prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid id eſt termin⁹ prime ſubſtantie ſignificat hoc aliquid id eſt rem que eſt vna numero. vel ſic: omnis prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid id eſt hoc aliquid capiēdo actuʒ ſignatum pro actu exercito. ¶ Et ſi quis dicat terminus ſcd̄e ſubſtantie ſignificat hoc aliquid ſicut prima ſubſtātia: igitur. Reſpōdetur ꝙ nō ſignificat hoc aliquid licet videat̄ ſignificare hoc aliqd ꝓpter figurā appellationis. i. ꝓpter hoc ꝙ vocamus ſcd̄as ſubſtātias ſub nominibus primarum ſubſtantiarum. ſed ſignificat quale quid id eſt aliquid cōmunicabile. Ex quo ſequitur ꝙ terminus prime ſubſtātie ꝛ ſcd̄e ſubſtantie nō ſignificant adequate idem. *Tertia ſube ꝓprietas.*

Arguitur primo ſic. iſte termin⁹ hō eſt ſubſtātia: ꝛ tamen non eſt in ſubiecto: igitur prima proprietas ſubſtantie nō eſt bona. ¶ Secūdo ſic. iſta eſt falſa petrus eſt ſcd̄a ſubſtātia. ergo nō ꝯuenit ſcd̄is ſubſtantijs vniuoce predicari de primis. ¶ Tertio ſic. prima ſubſtantia nō eſt termin⁹: ergo nō ſignificat hoc aliqd. ꝯña tenet: quia ſolus terminus ſignificat.

Ad primū dicitur ꝙ iſte termin⁹ homo non eſt ſubſtantia: ſed eſt termin⁹ ſubſtātie. Dico etiā ꝙ aliquid eſſe in ſubiecto pōt capi dupliciter. vno mō prie intentionaliter. ꝛ ſic quilibet terius eſt in ſubiecto. Alio modo ſecūde intentionaliter vt idem eſt quod denominatiue predicari: ꝛ ſic nō quilibet terminus eſt in

ſubiecto. ¶ Ad ſcđm dr̃ ꝙ ſcđa ſubſtãtia capitur dupl'r. vno mõ ſcđe intẽtional'r: ⁊ ſic nõ põt ꝑdicari de primis niſi in actu ſignato: alio mõ prime intentional'r et ſic bene ꝑdicatur de primis. ¶ Dicit̃ ad tertiũ ꝙ in iſta ꝓprietate ſubſtantie capitur ſubſtãtia pro termĩo ſubſtantie vel actus ſignatus pro actu exercito.

Item ſubſtãtie nihil eſt cõtrariũ ſed hoc nõ eſt ꝓpriũ ſubſtantie: quia nõ cõuenit ſoli ſubſtãtie: ſed etiã q̃titati et quibuſdã alijs. Item ſubſtantia nõ ſuſcipit magis ⁊ min⁹: nõ eñ dico ꝙ vna ſubſtãtia nõ magis ſubſtat q̃ alia. Sȝ dico ꝙ vna queqȝ ſubſtãtia ſm̃ eſſe ſuũ nõ intendit̃ neqȝ remittit̃: vt albũ q̃nqȝ eſt magis albuȝ q̃nqȝ min⁹ albũ. ſortes vero nõ ẽ magis hõ vno tp̃e q̃ in alio tp̃e: nec magis hõ q̃ plato. Item ꝓprie propriũ eſt ſubſtãtie cũ ſit vna ⁊ eadẽ numero ſm̃ ſui mutationẽ eſſe ſuſceptibilem cõtrarioꝝ: vt idẽ hõ aliq̃n eſt albus: aliq̃n niger: aliq̃n calid⁹: aliq̃n frigidus: aliq̃n prau⁹: aliq̃n ſtudioſus. Neqȝ eſt iſtãtia de orõne. q2 lȝ hec eadẽ orõ: ſortes ſedet aliq̃n ſit vera: aliq̃n falſa: tñ hoc nõ eſt ſm̃ ſui mutatõem: ſed ſm̃ mutationẽ rei. vt q2 ſortes ſedet vel currit. Et iõ nota ꝙ veꝝ ⁊ falſum ſũt in reb⁹ vt in ſubiecto: ⁊ ſunt in orõne vt in ſigno. vñ equocat̃ modus eẽndi in eo dr̃ veꝝ ⁊ falſuȝ eẽ in reb⁹ ⁊ in orõne. Sil'r equiuocat̃ ſuſceptibile cũ dr̃ res eſt ſuſceptibil' veri et falſi ⁊ orõ eſt ſuſceptibil' veri ⁊ falſi ſicut equiuocat̃ ſuſceptibile cũ dr̃ vrina eſt ſuſceptibil' ſanitatis: ⁊ aĩal eſt ſuſceptibile ſanitat̃. hec eñ ſuſcipit ſanitatẽ q2 ſignificat eã illud ꝓ: q2 eſt ſubm ei⁹. ⁊ ita hoc ꝓpriũ nõ cõuenit orationi ſed ſoli ſubſtantie.

¶ Primo ſciendũ eſt ꝙ quarta proprietas ſubſtantie eſt iſta ſubſtãtie nihil eſt cõtrariũ: q2 cõtrarietas ſolũ eſt inter quattuor qualitates primas q̃ ſũt caliditas: frigiditas: humiditas ⁊ ſiccitas. ſed ſubſtãtie nõ ſunt huiõi: igit̃. Et ſi quis dicat in quolibet genere eſt vna prĩa ↄtrarietas ſed ſubſtãtia eſt gen⁹: igitur. Reſpõdetur ꝙ cõtrarietas capit̃ tripl'r. vno mõ large vt ſe extendit ad priuatiue oppoſita. alio mõ cõiter vt eſt repugnãtia duaꝝ dr̃iarum diuidẽtium aliquod genus: ⁊ iſto modo poteſt inueniri in quolibet genere. alio modo proprie: ⁊ ſic eſt inter quattuor qualitates primas.

Sciendũ eſt ſecũdo ꝙ quinta proprietas ſubſtantie eſt iſta ꝙ ſubſtantia nõ ſuſcipit magis neqȝ minus que põt exponi dupliciť. vno mõ prime intentional'r. alio mõ ſcđe intentional'r. prime intẽtional'r ſic exponitur ſubſtãtia nõ ſuſcipit magis id eſt non ſuſcipit plures ꝑtes ꝑfectionales in eodẽ loco ⁊ ſitu. ſed ſcđe intentionaliter ſic intelligit̃ ſuſtantia nõ ſuſcipit magis ⁊ minus id eſt nõ predicatur vere ⁊ affirmatiue mediantib⁹ iſtis aduerbijs magis ⁊ min⁹.

Sciendũ eſt tertio ꝙ ſexta ꝓprietas ſubſtantie talis eſt. maxime propriũ eſt ſubſtantie cum ſit vna ⁊ eadẽ numero manens eſſe ſuſceptiuũ ↄtrarioꝝ. i. ſubſtãtia nata eſt ſuſcipere ↄtraria ſupple ſucceſſiue ſm̃ ſuã mutationeȝ vt ſortes manẽs idẽ numero ſm̃ ſui mutationẽ ſuſcipit caliditatẽ frigiditatẽ ſupple ſucceſſiue. Unde aliquid mutari eſt aliq̃d aliter ſe habere nũc q̃ prius. ¶ Et ſi quis dicat oratio manens vna ⁊ eadẽ numero ſuſcipit cõtraria: quia vna et eadẽ numero dicitur vera et falſa ſucceſſiue. Reſpondetur ꝙ hoc nõ eſt propter ſui mutationem ſed ſm̃ mutationem rei: ab eo eñ ꝙ res eſt vel nõ eſt oratio dicitur vera vel falſa.

Arguitur primo ſic. ignis cõtrariatur aque ⁊ mors vite: ergo ſubſtantie eſt aliquid cõtrariũ. ¶ Scđo ſic. ſpẽs eſt magis ſubſtantia q̃ genus: ergo ſuba ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Tertio ſic. ſuperficies ſm̃ ſui mutationẽ ſuſcipit cõtraria: ⁊ tñ nõ eſt ſubſtantia: igitur.

Ad primũ dicitur ꝙ ignis ⁊ aqua bene ↄtrariãtur ſm̃ ſuas qualitates: ſed nõ ſm̃ ſuã ſubam. Dr̃ vltra ꝙ mors bene ↄtrariat̃ vite priuatiue ſed nõ poſitiue. ¶ Ad ſcđȝ dr̃ ꝙ ſolutum eſt in notabilib⁹ vbi viſum eſt qualiter ſpecies eſt magis ſubſtãtia q̃ genus. ¶ Ad tertiũ dicit̃ ꝙ ſupficies bene ſuſcipit ↄtraria tanq̃ ſubiectum immediatum: ſed non tanq̃ ſubiectum vltimatum et principale.

Quãtitatis aliud continuũ aliud diſcretũ. Quãtitas ↄtinua eſt cuius partes copulãtur ad eundẽ terminũ cõem: vt partes linee copulantur ad punctũ. Eſt autẽ diſcreta q̃titas numerus et oratio. vnde due ſunt ſpẽs ei⁹: nõ eñ eſt in numero aliquis terminus cõis ad quẽ partes ei⁹ copulantur. vt in decẽ quinqȝ ⁊ quiqȝ aut tria ⁊ ſeptẽ ad nullũ terminũ copulãtur. ſed ſemper diſcreta ſunt Eſt aũt numerus multitudo ex vnitatib⁹ aggregata. ſimil'r in orõne ſillabe nõ co

pulãtur ad aliquē terminū cōem. ſed vna queq; ſeparata eſt ab alia. Quãtitatis aũt cõtinue alia linea alia ſupficies. alia corp⁹. alia tēpus. alia locus. vnde quinq; ſunt ſpecies eius.

Quantitatis diuiſio.

¶ Sciendū eſt primo ꝙ poſt ꝙ determinatū eſt de predicamēto ſubſtãtie. cõſequẽter determinandū eſt de pdicamento ꝗtitatis. Cuius diuiſio talis eſt: ꝗtitatis aliud cõtinuū: aliud diſcretum: in in qua diuiſione intelligit̄ generū ſubalternoꝝ. ita ꝙ eſt ſenſus. generꝝ ſubalternoꝝ ꝗtitatis. aliud cõtinuū aliud diſcretū. Vñ ꝗtitas diſcreta eſt cui⁹ ptes nõ copulãtur ad aliquē terīm cõtinuatiuū illaꝝ partiū. ſed ptes remanēt diuiſe ⁊ ſepate abinuicē: ⁊ eſt duplex ſcʒ numerus ⁊ orõ.

Quid ſit numerus

Vnde numerus eſt qui cõponit̄ ex pluribꝰ vnitatibꝰ diuiſis ⁊ ſeparatis abinuicē. ita ꝙ iſte numerus nõ īuenit̄ niſi in rebꝰ cõtinuis diuiſis et ſepatis abinuicē. nam in qualibet re cõtinua et ſeparata ab alia īuenit̄ vnū accidēs quod vocatur vnitas accidētalis: ⁊ ex talibus cõponit̄ numerus predicamenti quãtitatis qui menſurat tales res continuas.

Orationis diffinitio

Sciendū eſt ſecũdo ꝙ oratio que eſt ſpēs quãtitatis diſcrete eſt ꝗ cõponit̄ ex mēſuris mēſurãtibus ſillabas alicuiꝰ dictionis vel vocis. ita ꝙ in qualibet ſillaba vocis inuenitur vna mēſura ex qua cum alia vel alia cõponitur vna ꝗtitas diſcreta que vocatur oratio. Ex quo ptʒ ꝙ nõ capit̄ hic oratio pro oratione mentali vocali vel ſcripta. ideo aduerte ꝙ lʒ ſillaba vocis extrinſece menſuretur per tēpus. tamen intrinſece menſuratur per propriam eius mēſuram que ſibi ineſt ſicut accidens ſubiecto.

Sciendum eſt tertio ꝙ quantitas cõtinua eſt cuius ptes copulãtur ad aliquē terminū qui eſt principium cõtinuatiuū partiū ad inuicē. Et eius ſunt quinq; ſpēs: quaꝝ tres ſunt pmanētes. ſ. linea: ſupficies. ⁊ corpꝰ. et due ſucceſſiue. ſ. tēpus ⁊ motꝰ ꝗ intelligit̄ p tēpus. Et ſi ꝗs dicat locꝰ eſt ſpēs ꝗtitatis vt patʒ in textu. Reſpõdetur ꝙ locꝰ nõ eſt aliud a ſuperficie cõcaua alicuiꝰ rei cõtinentis aliquã rem: vt ſuperficies poti cõtinētis vinum. Et ad ariſtotelē qui ponebat locū eſſe ſpeciem quãtitatis dicitur ꝙ loquebatur ſm mentem antiquorum.

Arguitur ſic primo. in diuiſione quãtitatis ponitur incõgruitas dicēdo quãtitatis aliud cõtinuū: aliud diſcretū: ɡ nõ eſt bona. ¶ Scḋo ſic. ſi numerus cõponeretur ex multis vnitatibus ſeqretur ꝙ idē accidēs numero eēt in diuerſis ſubiectis quod eſt falſuʒ. ¶ Tertio ſic. orõ eſt ſpēs ꝗlitatis. ɡ nõ ē ꝗtitas diſcreta.

Ad primū dicitur ꝙ ly aliud non refert ly quãtitatis: ſed refert genꝰ ſubalternatum. ¶ Dicitur ad ſcḋm ꝙ nõ eſt inconueniens accidēs diſcretum cuiuſmodi eſt numerus eē in diuerſis ſubiectis ſm ſuas ptes. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ oratio vt eſt ſpēs quãtitatis diſcrete non eſt qualitas: quia non eſt ipſa vox nec conceptus nec ſcriptura: ſed eſt mēſura qua intrinſece menſurantur littere ⁊ ſillabe.

Quod autem linea ſit ꝗtitas cõtinua patet: quia partes eius copulantur ad aliquem terminum cõem puta ad punctuʒ. Et partes ſuperficiei ad lineam partes corporis ad ſuperficiem: partes autē tēporis ad nunc: vt preteritum ⁊ futurū ad preſens. partes autem loci ad eundē terīm copulantur ad quē corporis particule.

Diffinitio lineę.

¶ Sciendū eſt primo ꝙ linea eſt longitudo ſine latitudine ⁊ pfunditate cuiꝰ extremitates ſunt duo puncta: ita ꝙ licet linea nõ ſit ſine latitudine: tñ in eius ratione non includit latitudinem ſupple poſitiue. Vnde puncta ſunt quedam indiuiſibilia p que cõtinuantur ptes linee adinuicē: ⁊ cõtinuãt ptes linee adinuicē ſic ꝙ punctū principiat ⁊ terminat lineam ita ꝙ principium et terminus linee eſt punctus.

Quid ſit ſupficies

Sciendum eſt ſecũdo ꝙ ſupficies eſt lõgitudo cū latitudine ⁊ ſine pfūditate cuiꝰ extremitates ſunt due linee ita ꝙ ſicut punctū cõtinuat ptes linee adinuicē ita linea cõtinuat partes ſuperficiei adinuicē: ⁊ etiam eſt principium et finis ſupficiei. ſic videlicet ꝙ partes ſupficiei copulãtur ad lineã ſicut ad terīm: ⁊ eſt cõtinuatiua partium ſupficiei adinuicē.

Quid ſit corpus.

Sed corpus eſt longitudo cum latitudine ⁊ profunditate cuius extremitates ſunt due ſuperficies. ita ꝙ ſuperficies ſe habet ad corpus ſicut linea ad ſupficiem. ⁊ etiã ſupficies eſt cõtinuatiua ptium corporis adinuicē: ⁊ eſt principiū ⁊ finis corpis.

Sciendū eſt tertio ꝙ locus nõ eſt ſpecies eſſentialr diſtincta a ſupficie vt iam viſum eſt. reſtat videre de tēpore ⁊ motu.

Quid ſit tempus.

Vñ tps eſt mēſura motus ſm prius ⁊ poſterius. i. mēſura motus ſm partē priorē ⁊ poſteriorē: ſed motus eſt acꝰ mobil' in ꝗ tū mobile eſt. i. forma accidētalis p quã aliquid formalr dr̄ moueri ⁊ eſt ſubiectiue in primo mobili: ⁊ oēs iſte ꝗtitates mēſurãt intrinſece illa in quibꝰ ſūt ſubiectiue licet aliꝗ poſſint aliꝗ alia mēſurare extrinſece.

Arguitur primo ſic. linea non eſt ſine latitudine: ɡ male dr̄ ꝙ eſt longitudo ſine latitudine. ¶ Scḋo ſic. corpꝰ eſt ſpēs ſube: ergo nõ eſt ſpēs ꝗtitatis. ¶ Tertio ſic. ſi punctum eſſet aliquid indiuiſibile non videtur in quo eſſet ſubiectiue: igitur.

Ad primum dicitur ꝙ licet linea realiter nõ ſit ſine latitudine. tñ in eiꝰ rõne poſitiue nõ icludit̄ latitudo. ¶ Ad ſcḋm dr̄ ꝙ corpꝰ capit̄ triplr. vno mõ vt ē ps eēntialis. alioꝰ vt ē pdicatū ſupiꝰ ad aĩal: ⁊ iſtis duobꝰ mõis eſt in predicamēto ſubſtãtie. tertio mõ capit̄ corpus

pro trina dimẽſione.ſ. pro longitudine: latitudine: ꝛ profunditate. ꝛ ſic eſt ſpẽs q̃titatis. ¶ Ad tertiũ patꝫ ſolutio q: nõ eſt accidens.

His viſis eſt dicendũ de cõitatibus q̃titatis. Prĩa cõmunitas ẽ q̃titati nihil eſt cõtrarium vt bicubito tricubito. vel ſuperficiei nihil eſt cõtrarium. q: cõtrarietas prĩo ineſt qualitatibꝰ nõ oĩbus ſed quibuſdã. q̃titas aũt nõ eſt qualitas: quare ſequitur ꝙ cõtrarietas nõ ẽ in q̃titate. Itẽ q̃titas non ſuſcipit magis neq̃ minus. Non enĩ vna linea eſt magis linea q̃ alia nec numerꝰ ternariꝰ eſt magis numerus q̃ binarius ꝛ ſic de alijs. Itẽ propriũ eſt q̃titati ſm eam equale vel inequale dici: vt vnus numerꝰ ẽ equalis vel inequalis alteri numero: vt vnũ corpus eſt equale vel inequale alteri vt vna linea eſt equalis vel inequalis alteri linee.

¶ Sciendũ eſt primo ꝙ prima proprietas quãtitatis eſt iſta: quãtitati nihil eſt cõtrariũ ꝛ hoc capiẽdo cõtrarietatẽ ꝓprie. cuiꝰ ratio eſt: q: cõtrarietas ꝓprie dicta ſolũ eſt inter quattuor qualitates primas. vel inter terminos ſignificantes vel cõnotãtes tales qualitates: ſed q̃titas non eſt talis qualitas: igitur. Et dicit̃ notãter cõtrarietas ꝓprie dicta: q: cõtrarietas q̃ eſt de imperfecto ad perfectum: vel que eſt inter duas differentias: vel inter habitũ ꝛ priuationẽ põt bene cõuenire q̃titati. Et ſi q̃s dicat nõne termĩ ſunt etiã cõtrarij. Dico ꝙ ſic cõtrarietate logicali videlicet illi termĩ qui ſignificãt vel cõnotant formas cõtrarias: vt iſti termini calidũ ꝛ frigidũ. Unde termini cõtrarij ſunt qui vere ꝛ affirmatiue poſſunt verificari de aliquo ſingulari ſingulariter tento ꝛ vniuoce: ꝛ hoc ſucceſſiue cõnotando vel ſignificando qualitates cõtrarias.

Sciendum eſt ſecũdo ꝙ ſecunda proprietas quantitatis eſt ꝙ quãtitas non ſuſcipit magis neq̃ minus. q̃ ꝓprie poteſt dupliciter exponi ſicut patuit ĩ predicamẽto ſubẽ. Aduerte tamẽ ꝙ differẽtia eſt inter ſuſcipere maius ꝛ minus et ſuſcipere magis ꝛ minꝰ. q: ſuſcipere maius aut minꝰ eſt ſuſcipere maiorẽ vel minorem extẽſionẽ. ꝛ ſic quãtitas bene põt ſuſcipere maius et minꝰ. Sed ſuſcipere magis ꝛ minus ẽ ſuſcipere maiorẽ vel minorem intenſionẽ. Aduerte vltra ꝙ tertia proprietas quantitatis eſt iſta Propriũ eſt quantitati ſm eam eq̃le vel ineq̃le dici. i. equalitas vel inequalitas que ſunt relationes nũq̃ fundant̃ niſi ĩ quãtitate. Ex quo ſe-

Prĩa inter ſuſcipere magis ꝛ minus: et maius et minus.

quitur ꝙ lꝫ ſm nõ dicat habitudinem cauſe formalis: ſed fundamẽti. vnde equalitas eſt rerũ differentiũ eadẽ quãtitas. ſ. in ſpecie ꝛ nõ in numero. ſed inequalitas eſt rerũ differentiũ diuerſa quãtitas ſm maiorẽ vel minorẽ extenſionẽ.

Tertio ſciendũ eſt ꝙ quantitas eſt abſtractũ quod p̃dicat̃ de omnibus abſtractis predicamenti quãtitatis: ꝛ q̃tũ cathegorematice captũ p̃dicatur de oĩbꝰ cõcretis nõ ꝙ cõcretũ et abſtractũ faciãt duo predicamenta ſed tantũ vnũ. Et ſi quis arguat concretũ ꝛ abſtractũ hñt diuerſos modos predicandi. ergo faciũt diuerſa predicamenta. Reſpondetur ꝙ licet concretum et abſtractum habeant diuerſos modos p̃dicandi accidentales non tamen eſſentiales: et formales: vel põt dici ꝙ termini dicuntur facere diuerſa predicamẽta quia habent diuerſa ſignificata formalia. ꝛ aduerte ꝙ huius p̃dicamenti ſunt quinq̃ q̃ſitiua. ſcꝫ quantum ſincathegorematice ſumptũ. Ad qđ reſpõdetur bipedale tripedale: ſcđm eſt q̃le ad qđ reſpõdet̃ bipedaliter tripedaliter. tertiũ quot ad qđ r̃ndet̃ quattuor: quinq̃ ſex decem ꝛc. quartũ eſt quoties: ad quod reſpõdet̃ bis vel quater. quintũ eſt quãdiu. ad qđ reſpondetur duobus annis vel tribꝰ annis ꝛ ſic de alijs.

Cõcretũ et abſtractũ quõ hñt diuerſos mõs p̃dicãdi.

Arguitur primo contra primã proprietatem: multũ ꝛ paucũ ſũt cõtraria ꝛ tamẽ ſunt in iſto p̃dicamẽto quãtitatis: igit̃. quãtitati eſt aliq̃d cõtrarium. ¶ Scđo ſic: vna quantitas eſt maior q̃ alia: ergo quãtitas ſuſcipit magis ꝛ minꝰ. Tertio ſic: ſm virtutẽ dicimur eq̃les vel inequales: ergo nõ eſt ꝓpriũ quãtitati ſm eam equale vel inequale dici.

Ad primum dicitur ꝙ bene ꝓbat ꝙ ſunt contraria contrarietate cõmuniter capta. ſed nõ proprie capta: quia tales termini ſcilicet multum ꝛ paucum nõ ſignificant neq̃ cõnotant formas contrarias. vel poteſt ad rigorem reſpõderi negando aſſumptum: quia ſupponit ꝙ termini proprie contrariantur quod non eſt verum niſi ex conſequenti: quia ſignificant vel connotant formas contrarias. ¶ Ad ſcđm dicitur ꝙ bene ꝓbat q̃titas ſuſcipit maius ꝛ minus. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ ſm virtutem non dicimur equales vel inequales niſi capiendo equalitatem vel inequalitatem large: q: proprie ſm virtutẽ dicimur ſimiles.

a

Daliquid vero talia dicũtur quecunq̃ hoc ipm qđ ſunt aliorum dicũtur vel quomõlibet aliter ad aliud vt duplum dimidij duplum: ꝛ dimidium dupli dimidium pater filij pater: filius patris filius et maius minore maius et minus maio-

re minus vel ſub habitudine alterius caſus: vt ſimilis ſil'. ſilis: vicin⁹ vicino vicin⁹. Relatiuoꝝ tres ſunt ſpẽs quedã dicũtur ſm equiparentiã vt q̃ cũꝗ eodẽ noĩe dicũtur. vt ſimilis ſimili ſ.lis. ⁊ equalis equali equalis: ⁊ vicinus vicino vicinus. Alia ſm ſuppoſitõem dicũtur vt duplũ triplũ: q2 ipſa ſupraponunť alijs ſicut dñs ſeruo ſupponitur. Alia vero ſm ſuppoſitionẽ: vt ſeruus dño ſupponitur et filius patri et dimidiũ duplo.

❡ Poſtꝙ determinatũ eſt de ſcđo ꝑdicamento ꝯñter determĩat actor noſter de tertio .ſ. de ꝑdicamẽto relationis ſeu adaliq̃d dicẽs. Adaliq̃d vero talia dicũtur que cũꝗ hoc ipm ꝙ ſunt aliorũ dicũtur: vel quomõlibet aliter ad aliud q̃ diffinitio ſic eſt intelligẽda. Adaliq̃d vero talia dicũtur .i. relatiua q̃ ſunt quecũꝗ .i. q̃ hoc ipm ꝙ ſunt .i. ſm eoꝝ eſſe alioꝝ dicũtur id eſt ad aliud referũtur ſub habitudine gtĩ caſus vel cuiuſcũꝗ alteri⁹ caſus: vt pater filij pater: vel referunť ſm aliud eẽ: vt ſcia ſcibilis ſcia. Ex quo ſequiť ꝙ ibi diffiniũtur relatiua tam ſm eſſe ꝙ ſm dici Unde relatiua ſm eſſe ſunt q̃ de principaliori ſignificato ĩportãt relationẽ vt pater ⁊ filius. Sꝫ relatiua ſm dici ſunt que de ſignificato minus principali ĩportãt relationẽ ſibi annexã vt ſcia et virt⁹. Aduerte ꝙ ly adaliquid accipiť vt eſt vna dictio ſimplex indeclinabilis.

Sciendũ eſt ſecũdo ꝙ duplex eſt relatio ſcꝫ rõnis ⁊ realis. vñ relatio rõnis eſt q̃ fit ꝑ actũ cõparatiuũ intellectus vt ſunt ſcđe intentiones: ſed relatio realis eſt duplex .ſ. aptitudinalis ⁊ actualis. Aptitudinalis eſt que nõ requirit terminũ actu exiſtere. ſed ſolũ in aptitudine cuiuſmodi ſunt omnes ꝓꝓꝛie paſſiones omnes aptitudines ⁊ omẽs inclinationes: ⁊ tales ſunt in illo predicamento reductiue in quo ſunt illa quorum ſunt proprie paſſiões. ❡ Sed relatio actualis eſt duplex .ſ. intrinſecus adueniẽs ⁊ extrinſecus adueniẽs: intrinſecus adueniẽs eſt q̃ neceſſario ponitur poſitis extremis in quacũꝗ etiam diſtantia ponãtur vt ſimilitudo paternitas equalitas. extrinſecus adueniẽs ẽ q̃ neceſſario nõ ponit poſitis extremis ſed req̃riť debita approximatio extremorum cuiuſmodi ſũt ſex vltima ꝑdicamenta. ſcꝫ actio. paſſio. quãdo vbi. ſitus. ⁊ habitus. *Relatio e duplex*

Sciẽdum eſt tertio ꝙ triplicia ſũt relatiua ſcꝫ eq̃parentie ſuppõnis ⁊ ſuppõnis: relatiua eq̃parentie ſunt quoꝝ fundamẽtuꝫ et terminus ſunt eiuſdeꝫ rõnis ſup(ple) fundandi vt ſimile diſſimile equale inequale. ſed relatiua ſuppoſitionis ſunt quoꝝ fundamẽtũ hꝫ dñiuꝫ ſupra fundamentũ ſui correlatiui. vt pater ⁊ dominus. Relatiua ſuppoſitionis ſunt quoꝝ fundamentũ hꝫ inferioritatẽ ſupra fundamentuꝫ ſui correlatiui in dñio. vt filius: ita ꝙ relatio fundatur in aliquo qđ hꝫ inferioritatẽ in dominio reſpectu fundamẽti ſui correlatiui ſcꝫ patris. vñ relatiuum ad aliud referť ⁊ ad aliud terĩať. terĩatur eñi ad fundamentum ſui correlatiui ſed refertur ad ſuum correlatiuum vt pater refertur ad filium. ⁊ terminatur ad fundamentũ filiationis. *Triplicia ſunt relatiua.*

Arguitur primo ſic ad aliquid eſt quid complexũ. ergo nõ eſt tertium ꝑdicamentum. ❡ Scđo ſic: paternitas eſt relatio ⁊ tñ nõ referť ad aliud: igiť. Tertio ſic: dñs ⁊ magiſter ſunt relatiua: quoꝝ fundamentuꝫ hꝫ dñium ſupra fundamentũ ſui correlatiui. ⁊ tamẽ nõ ſunt relatiua ſuppoſitionis: igiť.

Ad primum dicitur ꝙ ſolutio patet in textu. nam adaliquid vt eſt quid cõplexum nõ eſt ꝑdicamentũ. ❡ Ad ſcđm diciť ꝙ relationes in abſtracto ꝓꝓꝛie nõ referũtur ſꝫ ſũt rationes referendi. ❡ Ad tertium diciť ꝙ dominium ⁊ magiſterium ꝓꝓꝛie ſunt relationes rationis facte per actum cõparatiuũ voluntatis de q̃bus nõ eſt hic ad ꝓpoſitum.

Poſt hec ſequũť cõitates relationis. Prima eſt ꝙ cõtrarietas eſt relationi ⁊ virt⁹ eſt cõtraria vicio cuꝫ vtrũꝗ eoꝝ ſit ad aliq̃d hoc aũt non cõuenit omĩ relatõi duplo eñi nihil eſt cõtrariũ neꝗ triplo. Item relatiua ſuſcipiũt magis et min⁹ vt ſimile dicitur magis et min⁹ ſimile. et ſimiliter inequale ſed hoc nõ cõuenit omnibus relatiuis. duplũ eñi nõ dicitur magis et minus duplũ. neꝗ triplum neꝗ pater. Item relatiua dicũtur ad cõuertentiã vt pater filij pater: filius patris filius. Itẽ relatiua ſunt ſimul natura ſimul enim ſunt duplũ ⁊ dimidium pater ⁊ filius. Iteꝫ relatiua poſita ſe ponunt et perẽpta ſe perimũt vt ſi duplũ eſt: dimidiũ eſt ⁊ econtra et ſi duplum non eſt. dimidiũ non eſt et econtra. *Relationis ꝓprietates.*

❡ Primo ſciendũ eſt ꝙ prima ꝓꝓꝛietas relatiuorum eſt ꝙ adaliq̃d eſt ꝯ̃rium. vt virtus ꝯtrariatur vicio: ⁊ nõ eſt propria in aliquo mõ ꝓꝓꝛij q2 nõ cõuenit omnibus relatiuis. vt duplo nihil eſt contrariũ. ſed ſolũ conuenit relatiuis ſm dici etiaꝫ nõ conuenit ſolis relatiuis quia cõuenit qualitati. Unde nulla relatiua ſm ſe habent cõtrariũ cũ non ſint qualitates prime. ſed ſolũ relatiua ſm dici. et hoc ſm eſſe abſolutũ et ſignifi-

catum principale corū et nō ſm eſſe reſpectiuū et cognotatiuum.

Sciendū eſt ſecundo ꝙ ſecunda ꝓprietas relatiuorum eſt iſta. relatiua ſuſcipiūt magis et minus: vt ſimile dicit̄ magis ⁊ minus ſimile: ſed hoc nō eſt ſibi ꝓpriū in aliquo modo proprij quia nō conuenit oībus vt duplum non dicitur magis et minus duplū. nec ſoli ꝯuenit quia conuenit qualitati: ⁊ poteſt exponi talis ꝓprietas dupliciter.ſ. prime intentionaliter ⁊ ſecunde intentional̄r vt viſum eſt in predicamēto ſubſtantie. ¶ Alterius aduerte ꝙ relatiua non ſuſcipiunt magis et minus niſi ratione ſuoꝝ fūdamentoꝝ: ita ꝙ ſi ſua fundamenta non ſuſcipiunt magis et minus. nec ipſa relatiua.

Sciendū eſt tertio ꝙ tertia ꝓprietas relatiuoꝝ eſt ꝙ relatiua dicuntur ad cōuertentiā.i. referunt̄ adinuicem ſm mutuā dependentiā ſic ꝙ vnū predicatur de ſeipſo mediante obliquo ſui correlatiui: vt pater filij pater. et intelligitur iſta proprietas de relatiuis primi ⁊ ſecundi modi que fundant̄ ſuper vnū et potentiā actiuā et paſſiuā: et non intelligitur modus qui fundatur ſuper menſurā et menſuratū. ¶ Sꝫ quarta ꝓprietas eſt ꝙ relatiua ſunt ſimul natura.i. ſimul actualiter exñtia.i. ſi vnū eſt reliquū eſt. ita ꝙ impoſſibile eſt patrem eſſe ſine filio. et hoc capiendo patrē: et filium formaliter et non pro denominato.

Arguitur primo cōtraria ſunt forme abſolute.ſ. qualitates prīe: ſed relatiua non habent hmōi: igit̄. Secūdo ſic. ad illud quod ſuſcipit magis et minꝰ pōt eſſe ꝑ ſe motus. ſꝫ ad relationē nō ē per ſe motus: igit̄. Tertio ſic hō et riſibile dicuntur ad conuertentiaꝫ et tamen non ſunt relatiua: igitur.

Ad primū dicit̄ ꝙ licꝫ relatiua ſm eſſe non ſint forme abſolute: tamen bene relatiua ſm dici quo ad ſignificatum principale. Ad ſecundū dicitur ꝙ ſicut relatiua ſuſcipiunt magis et minꝰ rōne ſuoꝝ fundamentoꝝ ita ad ipſa poteſt eſſe motus ratiōe ſuoꝝ fundamētoꝝ ⁊ ſecundario. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ homo et riſibile conuertuntur adinuicem: ideo habent cōuertibilitateꝫ: ſed proprie nō habent conuertentiā quia homo non predicatur de ſeipſo mediante obliquo ipſius riſibilis.

Item alia diffinitio relatiuoꝝ talis eſt. Ad aliquid ſunt quibꝰ hoc ipꝫ eſſe eſt ad aliud quodāmodo ſe habere. et hec diffinitio eſt ꝓpria relatiuorum. Item propriuꝫ eſt relatiuorum ꝙ ſi quis diffinite nouerit vnū relatiuorum diffinite noſcet et reliquuꝫ: vt ſi diffinite nouerit qd ſit duplū diffinite noſcet id cuiꝰ eſt duplū. Neceſſe eſt eñ in vtroꝝqꝫ rōnibꝰ vtriſqꝫ vti.

¶ Sciendū eſt primo ꝙ ſecunda diffinitio relatiuorū eſt iſta. ad aliquid ſunt quibꝰ hoc ipſum eſſe ꝙ ſunt alioꝝ dicunt̄ quodāmō ſe habere.i. illa ſunt relatiua que ſm ꝓprium eſſe corum reſpectiue ſe habent ad aliud ſub habitudine alicuius obliqui vt pater filij pater. Ex quo ſequitur ꝙ ibi ſolū diffiniunt̄ relatiā ſm eſſe que ſūt relatiua ſpecialiter capta et nō relatiua ſm dici que ſm ſuum ꝓpriū eſſe nō reſpectiue ſe hñt ad aliud vt ſcientia et virtus. Relatiuoꝝ ſcda diffinitō

Sciendū eſt ſecundo ꝙ ex iſta diffinitione ſequitur alia ꝓprietas relatiuorū ꝙ ſi quis diffinite cognouerit vnū relatiuorū diffinite cognoſcit ⁊ reliquū nō ꝙ vnū ponatur in diffinitione alterius. ſꝫ qꝛ vnū diffinitur ꝑ ſuū fundamentuꝫ: et ꝑ terminū ſeu per fundamentum ſui correlatiui vt pater eſt animal quod genuit aliquod animal ſibi ſimile in natura. et filiꝰ eſt animal genitū ab alio animali ſibi ſimili in natura. Ex quo ſequitur ꝙ relatiuū habet duplicē dependentiā.ſ. ad ſuū terminū ⁊ ad ſuū fundamentū. idō non poteſt eſſe ſine eis. ¶ Sequit̄ ſecundo ꝙ iſta diffinitio que cōmuniter datur ꝙ pater eſt res habens filiū nō eſt bona.

Sciendū eſt tertio ꝙ in iſto predicamento ſolū reponunt̄ relatiōes reales actuales intrinſecus aduenientes ⁊ aptitudines huiꝰ predicamēti. vnde ad relationeꝫ realem ſufficit ꝙ extrema ſint relatiua realiter diſtincta. ⁊ ꝙ ꝓueniant ex natura rei extremoꝝ: vt pater ⁊ filiꝰ. Et ſi quis querat qđ eſt ꝓpriū queſitiuū huiꝰ p̄dicamenti. Dicit̄ ꝙ ſuppletur per hoc cōplexuꝫ quō ſe habet hoc ad aliud et illa ſunt in iſto predicamento per que reſpondemus ad tale queſitiuū emōi ſunt pater et filius.

Arguitur primo. pars ſm ſuū totū eſſe eſt ad aliud.ſ. ad totum et tamē nō eſt relatiuum: qꝛ aliquando eſt ſubſtātia: igitur. ¶ Secundo ſic. caput ſe habet relatiue ad aliud. ⁊ tñ non eſt relatiuū ſed ſubſtātia: igitur. ¶ Tertio ſic. aliquis poteſt habere diffinitionē vnius relatiui non habendo diffinitionem ſui correlatiui. ergo male dicitur ꝙ ſi quis diffinite cognouerit vnum et cetera.

Ad primū dicitur ꝙ totuꝫ et pars poſſunt capi dupl̄r. vno mō formal̄r et ꝓ ꝑ ſe ſignificato et ſic ſunt relatiua. alio modo ꝓ denominato et ſic dico ꝙ partes aliqñ ſunt bene ſubſtantie. ¶ Ad ſecundū dicitur ꝙ caput nō dicit̄ ꝓprie ad aliud. ſed magis dicitur alicuius puta animalis: vel poteſt dici ꝙ caput eſt relatiuū ſꝫ dici et nō ſm eſſe. ¶ Dicitur ad tertiū ꝙ ibi proprietas nō vult habere ꝙ ſi qs diffinite cognouerit vnū relatiuoꝝ imediate cognoſcat aliud ſed ꝙ faciliter aliud pōt cognoſci. Totuꝫ et ps quot modis capiuntur.

Qualitas eſt ſm quā q̄les eſſe dicimur: vt ſm albedineꝫ dicimur albi. et ſm iuſticiaꝫ iuſti. Qualitatis q̄ttuor ſunt ſpēs. Prima eſt habitꝰ et diſpō

Differt aūt habitꝰ a diſpoſitione: q̄ habitꝰ permanētior eſt ⁊ diuturnior vt ſunt virtutes et ſcie. Scientia eīn difficillime ē mobilis niſi forte grādis permutatio fiat vel ab egritudine vel ab aliquo hmōi circa ſcientem Similr̄ de virtute. Juſticia eīn vl̄ caſtitas nō cito de facili permutat̄. diſpoſitiōes vero dicuntur q̄ de facili ꝑmutantur. vt calor frigiditas egritudo ſanitas. Unde habitus poſſunt dici diſpoſitiōes et nō econuerſo. Jlli enī qui habitū habēt quodāmodo ſunt diſpoſiti vel melius vel peiꝰ ad ea que habent diſpoſitiones aūt non ſunt habitus: vn̄ habitus poteſt ſic diffiniri: habitus ē qualitas difficillime mobilis.

Quid ſit q̄litas

¶ Primo ſciendū eſt ꝙ poſtq̄ determinatū eſt de predicamento ad aliquid. Conſequenter determinādū eſt de predicamēto qualitatis diffiniendo ipſam qualitatē. Qualitas eſt ſcḋm quam q̄les eē dicimur que exponēdo prime intētionaliter ſic intelligit̄. qualitas eſt forma accidentalis ſcḋ quā aliquid dr̄ eſſe quale ſupple quali accidentali et ſpecialiter capro vt diſtinguit̄ contra predicari in q̄rum et in quomō et contra predicari aliorū predicamentoꝝ. Ex quo ſequitur ꝙ ibi iſta ꝓpoſitio ſcḋm dicit circumſtantiā cauſe formalis ſic ꝙ nos ſumus quales formaliter qualitate ſicut formaliter ſumꝰ albi albedine.

Quot ſūt modi q̄litatis.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ ipſius qualitatis ſunt quattuor ſpecies ſeu modi. ſ. habitꝰ et diſpoſitio. naturalis potētia vel impotentia paſſio et paſſibilis qualitas forma et circa hoc aliquod conſtans figura. Et aduerte ꝙ ibi capitur ſpecies large vt ſe extendit ad modū ita ꝙ quando dicitur ſunt quattuor ſpecies qualitatis intelligit̄. i. quattuor ſunt modi ipſius qualitatis. Ex quo ſequit̄ ꝙ ibi nō eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies ſed alicuiꝰ cōis in ſuos modos. ita ꝙ illa quattuor ſunt quattuor modi accidentales qualitatis ſumpti et diuerſis habitudinibus ad ſubiectū vel ad aliquid aliud. et nō ſūt ſpēs: q̄ impoſſibile eſt duas ſpecies vniꝰ generis in abſtracto p̄dicari de aliquo: ſed ſic ē ꝙ habitꝰ et diſpoſitio naturalis potētia ⁊ impotentia paſſio et paſſibilis q̄litas predicant̄ d eodem puta de colore vel ſanitate.

Prima q̄litatꝭ ſpecies.

Tertio ſciendū eſt ꝙ p̄ia ſpēs ſeu modꝰ q̄litatis eſt hitus ⁊ diſpō q̄ dupl̄r adinuicem differūt. p̄mo: q̄ habitꝰ eſt q̄litas de difficili mobil̄ a ſubō. ⁊ diſpō de facili mobil̄. ſcḋo: q̄ hitus diſponit ſubiectū ad ꝑfecte operandū ſed diſpoſitio ad iꝑfecte operandū. Et ſi quis dicat diſpoſitio eſt ſuperius ad habitū: ergo nō facit vnā ſpeciē vel modū cum habitu. Rn̄det̄ ꝙ diſpoſitio poteſt capi dupliciter. vno mō large pro omni qualitate que diſponit ſubiectum ad aliq̄d operandū ſiue perfecte ſiue imperfecte: ⁊ ſic bene eſt ſuperius ad habitū: alio mō capitur ſtricte pro qualitate diſponēte ſubiectū ad imꝑfecte operandū. ⁊ ſic facit vnā ſpeciē vel modū cū habitu. Un̄ oīs qualitas que diſponit ſubm ad aliq̄d operandū ſiue ꝑfecte ſiue imꝑfecte ſiue a natura ſiue nō eſt in iſta ſpecie qualitatis. ſeu ī hoc modo qualitatꝭ. Ex quo ſequit̄ ꝙ oēs ſcientie omnes artes omnes virtutes et omnes actus potētiarū et omēs ſpecies tam intelligibiles ꝙ ſenſibiles ſunt in iſta ſpecie: q̄ ipſis cōuenit iſte modus qui eſt diſponere ſubm ad aliq̄d operandum.

Arguitur ſic primo. predicamentū non diffinitur cū non habeat genus: et differentiam. ergo male ibi diffinitur q̄litas. ¶ Secundo ſic. ſcḋm rationale dicimur quales et tamē rationale nō eſt qualitas: igitur. Tertio. ſic ſcḋm qḋlibet accidens dicimur quales et tamē quodlibet accidens nō eſt qualitas: igitur. [illegible]

Ad primum dicitur ꝙ predicamenta nō diffiniunt̄ ꝓprie diffinitiōe quiditatiua cū non habeant differentias conſtitutiuas licz bn̄ diffiniantur diffinitiōibꝰ deſcriptiuis. ¶ Ad ſecundū dicit̄ ꝙ ſcḋm rationale dicimur quales eēntialiter nō tn̄ accidētalr̄. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ licet ſcḋm quodlibz accidēs dicamur quales capiendo quale large: nō tamē capiendo quale ꝓprie vt dr̄ a qualitate vel vt habz ꝓprium modum predicandi diſtinctum ab alijs. Textus.

Secunda ſpēs qualitatis eſt naturalis potētia vel īpotētia aliq̄d facile faciendi vel patiēdi: vt ſanatiuꝰ dicitur qui hz naturalē potentiā vt nihil ab aliquibꝰ accñtibꝰ egritudinem inferētibꝰ patiat̄. Et egrotatiuꝰ dr̄ q̄ habet naturalē īpotentiā aliq̄d patiēdi. durū aūt dicit̄ habere naturalē potentiā reſiſtendi ſectioni et molle naturalē impotentiā: q̄ cito ſecat̄. Curſores ei ⁊ pugillatores dn̄r ſil̄ de iſta ſpecie nō quia exerceāt actꝰ ſuos. ſz q̄ hn̄t naturalē potentiā hoc faciēdi Tertia ſpecies qualitatis eſt paſſio et paſſibilis q̄litas: vt ille qualitates q̄ efficiūt in ſenſibꝰ paſſiōes vt in guſtu dulcedo amaritudo et ſimilia. Et etiā ille q̄litates ſunt in hac ſpē q̄ ab aliquibꝰ paſſionibꝰ ḡnant̄ vl̄ facile vl̄ difficile mobilibꝰ ⁊ permanētibꝰ ſiue

cū nigredo ab aliqua paſſione natu rali generet̄ ſiue ab egritudine vl' ab eſtu q̄litatis paſſibilis d̄r. Quarta ſpēs qualitat[is] eſt forma ⁊ circa hoc aliq̄d conſtās figura vt diſpō corpo ris. vt triangulatio quadrangulatio rotūditas curuitas rectitudo.

Scd̄a q̄litat[is] ſpe cies. ¶ Primo ſciendum eſt ꝙ ſcd̄a ſpēs ſeu modꝰ qualitatis eſt naturalis potētia vel impotētia. vn̄ naturalis potētia nō eſt niſi q̄dam abilitas ſeu qualitas inexīſ rei a natura ꝑ quā ipſa po tens eſt ad exercendum ſuas oꝑationes ⁊ ad re ſiſtendū ſuis ꝯtrarijs. ſed naturalis impotētia eſt inabilitas ſeu q̄litas inexīſ rei a natura ꝑ quā ipa impotēs eſt ad exercendū ſuas oꝑatio nes. ita ꝙ oīs qualitas ꝑ quā aliq̄d naturaliter eſt potēs vel impotēs ad exercendū ſuas oꝑa tiones hȝ iſtuȝ modū q̄litatis. ſicut eſt abilitas et inabilitas. Ex quo ſeq̄tur ꝙ ꝓprie paſſiones neq̧ potētie aīe neq̧ interiores neq̧ exteriores ſunt ꝓprie in iſta ſpecie qualitatis.

Tertia q̄litat[is] ſpe cies. Sciēdum eſt ſcd̄o ꝙ tertia ſpecies qualitatis ſeu modus eſt paſſio ⁊ paſſibilis q̄li tas ⁊ differunt dupl'r adinuicē: primo qȝ paſſio importat qualitatē cito tranſeuntē vt rubedo ꝓueniēs ex verecūdia. ſȝ paſſibilis q̄litas impor tat qualitatē ſub eſſe ꝑmanēti. vt rubedo ꝓue niens a natura. Scd̄o differūt: qȝ paſſio nō de noīat ſubm̄ ſimpl'r. i. v'liter ſed ſoluȝ ꝓ aliquo tp̄e. ſed paſſibilis qualitas denoīat ſubm̄ ſim pliciter. i. v'liter. vn̄ paſſio vt hic ſumit̄ eſt qua litas cito tranſiēs inferēs paſſionē vel illata a paſſione: vt rubedo ꝓueniēs ex verecūdia: ſed paſſibilis qualitas eſt qualitas inferens paſſio nē vel illata a paſſione hn̄s eſſe ꝑmanens. vn̄ oīs qualitas que infert paſſionē ſubiecto vel q̄ illata eſt a paſſione hȝ modum huiꝰ ſpeciei. vn̄ in iſta ſpē reponūtur oēs qualitates ſenſibiles vt omnis color: oīs ſonꝰ: oīs ſapor: oīs odor: ca liditas frigiditas: humiditas: ⁊ ſiccitas.

Quarta ſpēs qua litatis. Tertio ſciendum eſt ꝙ quarta ſpe cies qualitatis eſt forma ⁊ figura nō capiendo formā ꝓ altera ꝑte cōpoſiti ſicut eſt aīa. ſȝ ca piendo formā ꝓ figura qȝ idē eſt forma ⁊ figu ra: vt hic ſumitur forma. Figura tn̄ pōt capi du pliciter. vno mō ꝓ qualitate termīata. ⁊ tūc diffinitur: figura eſt q̄ termino vel terminis claudi tur. alio mō accipit̄ ꝓ diſpoſitione vel clauſio ne qualitatis q̄ certe nō eſt aliud ꝙ ordo ꝑtiuȝ ad totū locū vel ad ꝑtes loci. Et aduerte ꝙ ſub iſto mō qualitatis ponūtur oēs figure taȝ natu rales ꝙ artificiales. Vn̄ illō d̄r hr̄e iſtū modum q̄litatis qd̄ eſt diſpō ꝑtiū totiꝰ ad ꝑtes loci.

Arguitur ſic primo riſibilitas eſt naturalis potentia ⁊ non eſt qualitas: igitur. ¶ Secūdo ſic: potētia reſpectiue ſe hȝ ad actū ergo eſt in predicamēto ad aliquid ⁊ nō in iſto predicamento. ¶ Tertio ſic: figura eſt q̄titas ergo male dicitur ꝙ eſt qualitas.

Ad primuȝ dicitur ꝙ riſibilitas nō eſt potentia. ſed eſt quidam reſpectus apti tudinalis ad riſum. ¶ Ad ſcd̄m d̄r ꝙ potentia capit̄ dupliciter. vno mō ꝓ per ſe ſignificato ⁊ ſic eſt reſpectus ſeu ordo ad aliquem actum. et tunc eſt in predicamēto ad aliquid. alio modo capitur pro denoīato: ⁊ tunc eſt in predicamen to ſubſtantie ꝓprie. poteſt etiam capi pro abili tate vel facilitate que ineſt rei a natura ꝑ quā aliq̄d eſt potens ad exercendum ſuas operatio nes. ⁊ tūc eſt in ſcd̄a ſpecie qualitat[is]. ¶ Ad ter tium dicitur ꝙ figura nō eſt quantitas: ſed eſt ordo partium ad partes loci.

Qualia vero dicūtur q̄ ſm̄ hec de nomīatiue dicūtur vel q̄nolibet alit̄ ab his vt a grāmatica grāmaticꝰ a iuſticia iuſtꝰ. Vel quecūq̧ dicuntur ab aliqua qualitate nō denomīatiue eo ꝙ nomē nō ē impoſitū ipi q̄litati. vt curſor ⁊ pugillator. Et nota ꝙ cur ſor ⁊ pugillator dicūtur dupl'r. Vno modo dicunt̄ curſor ⁊ pugillator ab arte currēdi ⁊ pugillādi. ⁊ ſic ſunt in prima ſpē q̄litatis: qȝ iſte artes ſunt habitꝰ. Alio mō d̄r curſor nō ꝙ hēat artē currēdi. ſȝ quia hȝ naturaleȝ po tentiā ad actū currēdi: et pugillator nō ꝙ habeat artē pugillādi: ſȝ qȝ hȝ naturalē potentiā ad actū pugnan di. Et iſto mō dicūtur qualia ab iſt[is] naturalibꝰ potētijs ſed nō denoīati ue eo ꝙ noīa nō ſūt impoſita in iſtis naturalibꝰ potētijs a quibꝰ dicūtur qualia. Et ſic curſor ⁊ pugillator ſūt in ſcd̄a ſpē qualitatis. Alia aūt dicū tur qualia nō denoīatiue q̄n nomen eſt impoſitū qualitati ſm̄ quā d̄r q̄le ſed eam nō ꝑticipiāt ſm̄ illud nomē: vt ſtudioſus a virtute ⁊ ſic ſunt tres modi ſumādi quale a qualitate. Eſt aūt ꝯrietas in q̄litate: vt albedo ꝯtra riatur nigredini: iuſticia iniuſticie h' aūt nō eſt ꝓprium qualitati: qȝ nō cō uenit omni qualitati: figura enī non hȝ aliquod cōtrariū neq̧ aliquis me dius color: vt rubedo albedo. Et ſciē dum ꝙ ſi vnum contrariorum fuerit

quale reliquū erit quale vt iuſticia ē qualitas. ergo iniuſticia iuſtum eſt q̄le. ergo iniuſtum. Item qualitas ſuſcipit magis ⁊ minus. Dr̄ eñ iuſtꝰ magis ⁊ minus iuſtus. ⁊ albꝰ ⁊ grāmaticus: ſed hoc nō eſt ꝓprium qualitati: q: quadratū nō ſuſcipit magis neq₃ minꝰ neq₃ circulus neq₃ quadrāgulatio neq₃ circulatio. Itē ꝓpriū eſt qualitati ſm eā ſimile vel diſſimile dici: vt albus albo ſimil' dicitur: et iuſtus iuſto: albꝰ nigro diſſimilis dr̄.

Intelle- ctus diſ- finitiōis qualium

¶ Primo ſciendum eſt, q̄ diffinitio qualiū ſic eſt intelligenda. qualia dicūtur. i. ſunt q̄ ſ₃ hec id eſt ſm qualitatē vel abſtracta denoīatiue dicuntur vt albū ab albedine: nigrum a nigredine. Et aduerte q̄ duobꝰ modis ↄtingit q̄lia nō dici denoīatiue a qualitatibꝰ denoīatione ſupple proprie dicta q̄ eſt ſm vocē ⁊ ſignificationē ſimul: primo qñ illi qualitati nō eſt nomē impoſitum vt curſor ⁊ pugillator qñ ſunt in ſcd̄a ſpecie qualitatis. Scd̄o modo quādo concretum ⁊ abſtractum nō conueniūt in principio vocis vt ſtudioſus a virtute.

Sciendum ē ſecūdo q̄ prima proprietas q̄litatis eſt iſta q̄litati eſt aliq̄d ↄtrariū vt iuſticie ↄtrariat̄ iniuſticia. ⁊ caliditati frigiditas. ſ₃ nō eſt ꝓpria q̄rto mō: q: nō ↄuenit oībus qualitatibꝰ vt qualitatibꝰ quarte ſpēi: q̄a triangulo nihil eſt ↄtrariū neq₃ q̄litatibus ſcd̄e ſpēi. nec prime niſi capiat̄ ↄtrarietas large. Ex quo ſeq̄tur q̄ ſole qualitates tertie ſpēi ↄtrariantur capiēdo ↄtrarietatē ꝓprie q̄ eſt ſolum inter quattuor q̄litates p̄mas. Ex quo ſeq̄tur vlterius q̄ ſi vnū ↄtrarioꝝ fuerit quale reliquū erit quale. i. ſi vnum fuerit in predicamento q̄litatis etiam reliquum.

Sciendu₃ ē tertio q̄ ſecūda proprietas q̄litatis eſt iſta q̄litas ſuſcipit magis ⁊ minus vt aliq̄d dr̄ magis vel minꝰ albus. ⁊ pōt exponi duplr̄. ſ₃ p̄me intētionaliter ⁊ ſcd̄e vt aliās viſum eſt. Sed tertia ꝓprietas q̄litatis eſt. ꝓprium eſt qualitati ſm eam ſimile vel diſſimile dici vt ſm albedinē aliq̄d dr̄ ſimile: ⁊ deb₃ capi h' ſcd̄m vt dicit circūſtantiā vel habitudinē fundamētū. ita q̄ eſt ſenſus q̄ q̄cquid dr̄ ſimile vel ei ſimile dr̄ tale ſm q̄litatē ſupple fundamētaliter ⁊ debēt accipi ſimile ⁊ diſſimile: vt dicūt aptitudinē ⁊ nō actū. vñ ſimilitudo eſt rerū differentiū eadem q̄litas ſupple in ſpecie ſed diſſimilitudo eſt rerum differentium diuerſa qualitas ſupple in ſpecie ſpecialiſſima.

Primo arguitur quale eſt propriū queſitiuum huiꝰ p̄dicamēti: ergo nō eſt p̄dicamentū. ¶ Scd̄o ſic: ſm humanitatē dicimur ſimiles ⁊ tamē nō ē qualitas: igit̄. Tertio ſic: ſm ſimilitudinē dicimur ſimiles: ḡ nō ſm q̄litates

Ad primu₃ dr̄ q̄ quale capitur dupliciter: vno modo ſincathegorematice ⁊ ſic eſt tñ queſitiuū: alio modo cathegorematice ⁊ ſic eſt p̄dicamentū. ¶ Ad ſcd̄m dr̄ q̄ licet ſm hūanitatē dicamur ſimiles capiēdo ſimilitudinem large nō tñ ꝓprie. ¶ Ad tertium dr̄: q̄ lic₃ ſm ſilitudinē formaliter dicamur ſil'es. tñ ſm q̄litatem fundamentaliter dicimur ſimiles.

Actio eſt ſm quā in id quod ſubijcitur agere dicimur: vt ſecans aliq̄s dr̄ agere in eo quod ſecat: vñ ſectio eſt actio ⁊ ſm ſectionē agit ſecās in eo quod ſecat: ⁊ ꝑcuſſio ē actio. Proprium actionis eſt ex ſe īferre paſſionē. Recipiūt aūt agere ⁊ pati ↄtrarietate₃. Calefacere eñ eſt cōtrariū ei quod eſt frigidū facere: ⁊ delectari eſt cōtrarium ei quod eſt triſtari. Recipiunt agere ⁊ pati magis ⁊ minus: calefacere eñ magꝭ ⁊ minꝰ dr̄. et calefieri dr̄ magis ⁊ minꝰ: ⁊ ſimiliter delectari et triſtari. Paſſio eſt effectꝰ illatioq₃ actionis: vt calefieri infert̄ ex calefacere ⁊ efficit̄. Proprium aūt paſſionis eſt primo inferri ex actione. Itē paſſio nō eſt in agēte ſed in patiēte. De reliq̄s vero que prius dicta ſunt mō ſufficiāt: que ſequunt̄ de alijs quattuor p̄dicamētis nō ſunt data a petro hyſpano. Quando eſt quod ex adiacentia t₃is in re tꝑali derelinq̄tur vt hodie eē cras fore. Item duplex eſt qñ: ſc₃ ſimplex ⁊ cōpoſitum ſicut duplex eſt tempus. Item tres ſunt ꝓprietates quando. Prima eſt q̄ quādo nō ſuſcipit magꝭ neq₃ minꝰ. Secūda eſt q̄ quando nihil eſt cōtrarium. Tertia eſt q̄ qñ eſt in omni illo quod icipit eſſe in tēpore

¶ Primo ſciendū eſt q̄ poſtq̄ determiatu₃ eſt de quattuor primis predicamētis. nūc determinandū eſt de ſex vltimis q̄ nō ſunt niſi reſpectꝰ extrinſecꝰ aduenientes. vñ diffinitio actionis ſic eſt intelligēda. actio eſt reſpectꝰ ipſius agentis ad paſſum quo agēs dr̄ formaliter agens. ⁊ dr̄ notanter formaliter: q: effectiue agēs dr̄ bene agere aliquo alio mō vt ignis effectiue dr̄ agere calorē. ſed formaliter dicitur agere actione. ſed diffinitio paſſionis eſt ſic intelligenda. paſ

Actio diffinit[illegible]

ſio eſt reſpectus extrinſecus ipſius patiētis ad agens: vt calefieri vri. Ex quo ſequit̄ ꝙ termini ſignificantes actus potentiarū anime non ſunt in iſtis predicamentis quia nō importāt reſpectus. ſed qualitates ſub mō tamē grāmaticali actionis vel paſſionis vt videre ꝛc.

Prima ꝓprietas actionis. Sciendū eſt ſecūdo ꝙ prima proprietas actiōis eſt ꝙ ꝓpriū eſt actioni ex ſe. i. ipſa mediante inferre paſſionē et hoc exponendo prime intētionaliter. ſ3 logicaliter exponitur ſic ꝙ a ꝓpōe in qua ponitur verbū de genere actionis ad ꝓpoſitionē in qua ponit̄ verbū de genere paſſiōis eſt bona ꝯña: vt bene ſequit̄ ignis calefacit aquā. ergo aqua calefit ab igne. Secūda Secūda ꝓprietas agere ꝛ pati ſuſcipiunt ꝯtrarietatem vt calefacere ꝯtrariatur huic quod eſt frigefacere et calefieri huic qd̄ eſt frigefieri. Tertia. Tertia ꝓprietas. actio ſuſcipit magis et min⁹. vt calefacere dicit̄ magis ꝛ min⁹ calefacere ꝛ debēt intelligi iſte ꝓprietates nō primo: ſ3 ſolū mediante qualitate quā cōnotant. Sed ipſius paſſionis ſunt due ꝓprietates. Prima. propriū eſt paſſioni inferri ex actione vt calefieri mediante calefacere Secunda ꝓprietas. paſſio nō eſt in agente. ſed in patiente.

Quando ē duplex. Tertio ſciendu3 eſt ꝙ diffinitio de quando ſic eſt intelligenda. Quādo ē reſpect⁹ extrinſecus rei tēporalis ad tempus vel ad aliquid tēporis. Ex quo ſequitur ꝙ ibi nō diffinit̄ quādo predicamentū: ſed qñ paſſiuu3. quod eſt ſpecies eius. vnde qñ eſt duplex. ſ. actiuū et paſſiuū. quādo actiuū eſt reſpectus ipſius temporis ad rem temporalē: ſed paſſiuū eſt reſpectus rei tēporalis ad tempus: ꝛ nullū iſtoꝝ eſt ꝑdicamentū. Sed qñ cōe ad iſta duo et ipſius qñ ſūt due proprietates. Prima ꝙ nō habet ꝯtrarium vt hodie nihil eſt ꝯriū. Scd̄a eſt ꝙ qñ nō ſuſcipit magis et min⁹. vt hodie nō dicit̄ magis qñ ꝙ cras et ſic de alijs et eius gña ſupplentur per iſta eſſe fore fuiſſe. ſed ſpecies ſupplentur ꝑ iſte in hora in die in anno. et indiuidua ꝑ iſta in hac hora in hac die: ꝛ oīa illa ſunt in iſto predicamēto per que conueniēter reſpondetur ad interrogationē factā ꝑ qñ vt cras hodie.

Arguitur primo ꝯria non poſſunt ſimul verificari de codē ſ3 calefacere ꝛ frigefacere verificant̄ de eodem puta de aqua tepida igit̄. ¶ Secundo ſic. paſſio eſt ſpecies qualitatis: ergo nō eſt vnū predicamentum. ¶ Tertio ſic. nullum ſincathegorema eſt predicamentu3 ſed qñ eſt ſincathegorema: igitur.

Ad primū dicit̄ ꝙ cōtraria ꝗ̄tum ad gradus intenſos non poſſunt de eodem verificari. tamen bene ꝗ̄tum ad gradus remiſſos Ad ſecundū dicitur ꝙ paſſio equiuoce eſt predicamentū et ſpecies qualitatis. Ad tertium dicitur ꝙ l3 qñ vt eſt vnū ꝗ̄ſitiuū ſit ſincathegorema nō tamē vt eſt vnū predicamentum.

Vbi diffinitio. Vbi eſt circūſcriptio corporis locati a loci circūſcriptione procedēs vt in eccleſia eſſe i foro eſſe. Et diuiditur vbi. q2 quoddam eſt vbi ſimplex: et eſt illud qd̄ a ſimplici loco ꝓcedit vt eſt locus punctoꝝ. Et quoddā eſt vbi cōpoſitu3. ꝛ eſt illud quod a loco ꝯpoſito procedit. Proprietates vbi ſunt due. Prima eſt ꝙ vbi nihil eſt cōtrariū. Secunda eſt ꝙ vbi nō ſuſcipit magis neq3 min⁹. hoc eſt vbi nō recipit intentionē et remiſſionē. Poſitio eſt quedā ꝯtiū ſitus et gñatōis ordinatio: vt ſeſſio ſtatio ꝛ ſic d̄ alijs. Itē tres ſunt ꝓprietates poſitionis. Prima eſt ꝙ pō nō habet cōtrariū. Secūda eſt ꝙ poſitio nō ſuſcipit magis neq3 minus. Tertia eſt. ꝓpriū ē poſitioni ſubſtantie ꝓxime aſſiſtere. Habit⁹ eſt corporū et eoꝝ que circa corpus ſunt adiacētia vt tunicatū eſſe loricatū eē. Et ſūt tres ꝓprietates ei⁹. Prima ē ꝙ hit⁹ ſuſcipit magis ꝛ min⁹. vt eques ē armatior pedite. Scd̄a eſt ꝙ habit⁹ nō habet ꝯtrariu3. Tertia ē ꝙ habitus ſemper ē in plurib⁹. ſ. i habēte ꝛ in habito.

¶ Sciendū eſt ꝑmo ꝙ diffinitio vbi eſt ſic intelligenda vbi ſupple paſſiuū ē reſpect⁹ extriſec⁹ ipſi⁹ rei locate ad locū. i. ad ſupficiē corpis continentis ipſum. Ex quo ſequitur ꝙ ibi non diffinitur vbi quod eſt predicamentum: ſed vbi paſſiuum. Ex quo ſequitur ꝙ duplex eſt vbi. ſ. actiuū ꝛ paſſiuū. vbi actiuū eſt reſpect⁹ ipſi⁹ loci ad rem locatā: ſ3 vbi paſſiuū eſt reſpect⁹ rei locate ad locū. ꝛ nullū iſtoꝝ eſt ꝑdicamentu3 vbi ſ3 vbi cōe ad vtrūq3. ¶ Et aduerte ꝙ eius ꝓprietates nō ſunt bene poſite in textu. nā vbi ſuſcipit magis ꝛ min⁹ ꝛ h3 ꝯriū cū ſit ꝑ ſe termin⁹ mot⁹. vñ gña ſubalterna eius ſunt ſurſum deorſum ſpēs ſunt in domo in camera. indiuidua ſunt in hac domo in hac camera. ꝛ queſitiuū huius predicamenti eſt vbi ſincathegorematice captum. Situs ꝓprietas

Sciendu3 eſt ſecundo ꝙ diffinitio ſit⁹ vel pōnis ſic eſt intelligēda. ſit⁹ ē reſpect⁹ ꝑtiu3 toti⁹ ad ptes loci. ꝛ ei⁹ ſunt due ꝓprietates Pria ſit⁹ nō h3 ꝯriū: q2 hoc maxime eēt ſedere et ſtare. ſ3 hoc nō: q2 eadē rōne moueri ꝯrīaret̄ ad l3 ſtare qd̄ eſt impoſſibile. q2 tūc vni vnu3 eſt cōtrariū. Scd̄a ꝓprietas ſit⁹ nō ſe ſucipit magis neq3 min⁹: vt aliqs nō dicitur magis vel min⁹ iacere et ei⁹ genera ſubalterna ſunt pō ignata et pō acquiſita ſituari ſurſum et ſituari deorſum. et eius ſpēs ſunt ſtare ſedere. ꝛ indiuidua ſunt ſtare ſortis et ſedere platonis. ꝛ ei⁹ queſitiuum

eſt quomodo eſt hoc ſituatum.

Sciēduȝ eſt tertio ꝙ diffinitio habit⁹ eſt ſic intelligēda. habit⁹ ē reſpect⁹ extrinſec⁹ coꝝ que ſunt circa corp⁹ ad ipm corp⁹. ita ꝙ tunice applicate corpi ad ipm corp⁹ eſt reſpect⁹ extrinſecus qui vocat̄ habit⁹ ꝑdicamentuȝ et ei⁹ ſunt due ꝓprietates. Pria habitus ſuſcipit mag' ⁊ minus vt aliquis dicitur magis et min⁹ armatus. Secunda proprietas. ꝙ habitus non habet contrarium capiendo proprie cōtrarietatē. et eius genera ſubalterna ſunt habitus partis ⁊ habit⁹ totius et armatum eſſe: veſtitū eſſe ſunt ſpecies ſpecialiſſime et indiuidua ſunt armatio ſortꝭ armatio platonis. et eius queſitiuum eſt quō eſt hoc habituatū.

Arguitur ſic primo. vbi eſt vnū ſincathegorema queſitiuum predicamenti vbi. ergo non eſt vnum predicamentum. ¶ Secundo ſic. poſitio eſt differentia quantitatis. ergo non eſt predicamentum diſtinctum ab alijs. ¶ Tertio ſic. habitus. eſt ſpecies qualitatis. ergo non eſt vnū predicamentū diſtinctum ab alijs.

Ad primū dicitur ꝙ vbi poteſt capi dupliciter. vno modo ſincathegorematice: et ſic eſt vnum queſitiuum predicamenti vbi. alio modo capitur cathegorematice et ſic eſt vnum predicamentū. ¶ Ad ſecūduȝ dicitur ꝙ poſitio poteſt capi dupliciter. vno modo pro ordine ſeu reſpectu partiū totius ad ipſum totum. et ſic ē differentia accidentalis. alio modo poteſt capi pro reſpectu partium totius ad partes loci. et ſic eſt predicamentum. ¶ Ad tertiuȝ dicitur ꝙ habitus capitur dupliciter. vno modo pro qualitate de difficili mobili a ſubiecto et ſic eſt ſpecies qualitatis. alio modo pro reſpectu eorum que ſunt circa corpus ad ipſum corpus ⁊ ſic eſt vltimum predicamentum.

Tertius.

Oppoſitorum diuiſio

Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter. Oppoſitorum enim quedaȝ ſunt relatiua: vt pater et filius duplum ⁊ dimidiū. Quedam ſunt priuatiue oppoſita: vt priuatio et habitus viſus et cecitas auditus ⁊ ſurditas. Alia ſunt contrarie oppoſita: vt album et nigrū. Alia ſunt contradictorie oppoſita: vt ſedere non ſedere. Que autem ſunt relatiue oppoſita dictum eſt in capitulo de relatione. Contraria ſunt quecūqꝫ ſub eodeȝ genere poſita maxime a ſe inuicem diſtant mutuo ſe expellunt: et eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt a quo mutuo ſe expellunt niſi alteruȝ inſit a natura: vt albedo in cigno: ⁊ nigredo in coruo et ethiopi. caliditas aūt nō eſt in igne vt accidens in ſubo immo vt ſubſtātiale in eo cuius eſt ſubſtātiale ſicut ſunt q̄dā que cadunt in diffinitione alicui⁹ nō ſm̄ predicationem: ſed poti⁹ vt principium. vt punct⁹ in diffinitione linee. vnitas in diffinitione numeri. et iſte modus eſſendi in continetur ſub quarto modo ſm̄ quem vnaqueqꝫ pars diffinitionis ē in ſuo diffinito. et ſic ignis nō ē ſubȝ caliditatis ſȝ materia ignis ē ſubm ei⁹ hec enī ſuſceptibilis ē caliditatis: et frigiditatis. vnde caliditas ē in materia ignis vt in ſubiecto: in igne vero non vt in ſubiecto: ſed vt ſubſtātiale in eo cuius eſt ſubſtantiale. Priuatiue oppoſita ſūt que hn̄t fieri circa idem ſubiectū ordine irregreſſibili ⁊ tempore determinato a natura. Ordine irregreſſibili. dico qꝛ ab habitu in priuationeȝ deuenire poſſibile eſt ſȝ nō econuerſo: impoſſibile enim eſt a priuatione in habitū regreſſum fieri vt viſus ⁊ cecitas habent fieri circa oculum. a viſu autē deuenire in cecitatē poſſibile eſt ſȝ nō econuerſo.

¶ Primo ſciendū ē ꝙ poſtq̄ determinatū eſt d̄ predicamētis. hic ꝯñr determinandū eſt de poſtpredicamentis. vn̄ poſtꝑdicamentū eſt quōdam documentū valēs a poſteriori h̄ndā ꝑdicamentorū cognitionē et ſunt qnqꝫ. ſ. oppoſitio. prius. ſimul. motus. et habere. Et pri⁹ determinādu eſt de oppoſitiōe nō quidā ꝯplexa ſȝ incōplexa et ei⁹ ſunt q̄tuor ſpēs. ſ. relatiua: ꝯria: ꝑuatiua et ꝯdictoria. vn̄ oppō relatiua eſt repugnantia relatiui ad correlatiuū que de eodē et reſpectu eiuſdē verificari nō pn̄t. vt pater ⁊ fili⁹ que d̄ eodem et reſpectu eiuſdē verificari nō pn̄t ſȝ bene reſpectu diuerſoꝝ. Ex quo ſequit̄ ꝙ nō omne relatiuū et correlatiuū opponunt̄ relatiue ſȝ ſolū que de eodē reſpectu eiuſdē verificari nō pn̄t.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ diffinitio cōtrarioꝝ ē ſic itelligēda ꝯria ſunt q̄ ſub eodē gn̄e poſita ſunt ⁊ maxime differūt: nata ſunt ſucceſſiue ineſſe eidē ſubo niſi alteꝝ illoꝝ inſit a nat̄a a quo nata ſunt ſe mutuo expellere. Et dicitur notanter niſi alterū illorū inſit a natura quia ſi alterum inſit a natura non oportet ꝙ naturaliter poſſint ſe expellere. licet tamen ſint ſemper nata ſe expellere iō nō eſt magna neceſſitas ponere illam particulam niſi alteꝝ inſit a natura.

et ſunt duplicia ſcꝫ mediata ⁊ īmediata. mediata inter que mediat aliq̇d eiuſdē generis cū extremis: vt albū nigrū inter que mediat rubeum et multi alij colores. ſed īmediata ſunt inter q̄ nō mediat aliq̇d eiuſdē generis: vt inter ſanū et egrū nō mediat aliquid eiuſdē generis cum
Contraria ſunt duplicia
extremis: ⁊ neceſſe eſt ſupple alterū iſtoꝝ naturaliter ineſſe ſuo ſuſceptibili: ſꝫ mō īmediate vt nō eſt neceſſe hoīem eſſe albū vel nigrum.

Sciendum eſt tertio ꝙ priuatiue
Que ſūt priuatiue oppoſita
oppoſita ſunt que habēt fieri circa idē ſubiectū ordine irregreſſibili ⁊ tpe determīato a natura vt viſus ⁊ cecitas. Et dr̄ notāter circa idē ſubiectum: ideo viſus ⁊ ſurditas non ſunt priuatiue oppoſita: quia non habent fieri circa idē ſubm̄. Et dr̄ notāter ordine irregreſſibili ꝓpter priuatonē impfectā q̄ ſolū negat actū ⁊ nō diſpoſitionem ad actū: vt quies reſpectu motus: ⁊ a tali bene pōt fieri regreſſus: ſed non a pfecta priuatione q̄ negat actū ⁊ diſpōnem ad actū vt cecitas. ¶ Dicitur notāter tpe determinato a natura: quia catulus ante nonum diē nō dicitur neqꝫ cecus neqꝫ videns: quia non habet tempꝰ determinatum. ſed cōtradictoria ſunt que opponunt̄ ſm affirmationē ⁊ negationē: vt hō nō hō. et ipā abſolute ſumpta nō poſſunt verificari de aliquo ſupple copulatiue: qꝛ diſiunctiue de quolibet conceptibili poſſunt verificari.

Arguitur primo ſic. cauſa ⁊ effectus ſunt relatiue oppoſita: ⁊ tn̄ reſpectu eiuſdē poſſunt verificari de eodē. ¶ Scd̄o ſic. rubedo verificatur de aliquo: ergo ⁊ cōtraria. cōſequentia pꝫ: quia medij colores cōponūtur ex extremis coloribꝰ: ergo ibi erit mediꝰ color et extrema etiā. ¶ Tertio ſic. albū ⁊ nō albū ſunt cōtradictoria: ⁊ tn̄ diſiunctum ex ipſis non verificat̄ de quolibet: quia illa non eſt vera homo per ſe eſt albus vel non albus.

Ad primū dicitur ꝙ licet cauſa ⁊ effectus ſm diuerſa genera cauſarū poſſint de aliquo verificari reſpectu eiuſdē: nō tn̄ ſm idē genus cauſe. ¶ Ad ſcd̄ꝫ dr̄ ꝙ medij colores nō dicūtur ideo medij eo ꝙ ꝯponātur ex extremis coloribꝰ: ſed qꝛ habēt maiorē ꝯuenientiam cū extremis ꝙ̄ extrema inter ſe. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ licet cōtradictoria abſolute capta nō poſſint verificari neqꝫ falſificari de eodē: tamē bene ſūpta cum aliqua determinatione. vt cum iſta determinatione per ſe vel neceſſario.

Prius dicit̄ quadrupliciter. primo mō ⁊ ꝓprie aliquid dr̄ priꝰ altero ſm tp̄s put aliquis dr̄ ſenior ⁊ antiq̇or altero ſicut hō habēs trigīta annos dr̄ prior homie h̄nte viginti annos. Scd̄o mō aliq̇d dr̄ priꝰ a quo nō conuertit̄ ſubſiſtēdi ꝯn̄a: vt vnū eſt priꝰ duobꝰ. Duobꝰ eni exiſtētibꝰ mox ꝯn̄s eſt vnū eſſe: vt ſi duo ſunt vnum eſt ⁊ nō ecōuerſo. Tertio mō dr̄ prius ſm ordinē quēdam: vt in diſciplinis principia priora ſūt cōcluſionibꝰ ⁊ in grāmatica littere ſunt priores ſillabis. ⁊ et in orōne ꝓemiū eſt priꝰ narratiōe. Quarto mō priꝰ dr̄ qđ meliꝰ eſt ⁊ honorabilius. Cōſueuerūt eni plurimi hoīes honorabiliores ⁊ magis dilectos apđ ſe dicere priores. ꝑter hos quattuor modos iā dictos eſt vnꝰ alter modꝰ prioris. Eoꝝ que cōuertuntur ſm eēndi ꝯn̄am ⁊ alteꝝ eſt quodā mō cā alteriꝰ: ⁊ hoc mō aliq̇d dr̄ priꝰ altero natura: vt res eſt cā veritatis orōnis de ſe facte: vt hoīem currere ꝯuertit̄ cū hac orōne hō currit. Et ſi hoīem currere ſit veꝝ hec eſt v̄a hō currit ⁊ ecōuerſo. Res aūt eſt cā veritatꝭ orōnis de ſe facte ⁊ nō ecōtra. Ab eo eni ꝙ res eſt vel nō eſt oratio dicitur vera vel falſa. ergo hec res hominē currere prior eſt hac orōne hō currit. ¶ Simul dicit̄ tribus modis. Primo mō dr̄ ſimul quoꝝ generatio eſt in eodē tpe. ⁊ neutrū ē priꝰ neqꝫ poſteriꝰ. ⁊ hec dicūtur ſimul tēpore. Scd̄o mō dicūtur ſimul quecūqꝫ cōuertūtur ⁊ neutrū eſt cauſa alterius: ſicut q̇libet relatiua: vt duplū ⁊ dimidiū: pater ⁊ filius: ⁊ ſic de alijs. Tertio mō dicūtur ſimul que equaliter cōdiuidūt aliqđ genꝰ vt hō equꝰ leo: ⁊ ſic de alijs q̄ cōdiuidūt hoc genus aīal. ⁊ ſilr̄ dr̄ diuidēs aliqđ genꝰ dicūtur ſimul: vt rōnale irrōnale ⁊ ſic de alijs. Iſti aūt duo vltimi modi dicūtur ſimul natura. primꝰ aūt modꝰ dr̄ ſimul tp̄e. ¶ Motꝰ ſex ſunt ſpēs ſcꝫ generatio: corruptio: augmētatio diminutio: alteratio: ⁊ ſm locū mutatio. Generatio eſt progreſſio de non eſſe ad eſſe. Corruptio eſt progreſſio ab eſſe ad non eſſe. Augmentatio eſt ꝑtiſtēs q̄ttitatis maioramentū. diminutio ē ꝑtinētꝭ q̄ttitatꝭ minoramētū Alteratio ē mutatio a contraria qua

litate in cōtrariā qualitatē vel in me-
diā: vt cum aliquid permutatur ab al
bedine in nigredinē vel in medios co
lores. Motus ſm locu eſt mutatio
de vno loco in alterū. motus autē ſm
locū ſex ſunt ſpēs ſiue differētie. ſcilꝫ
ante: retro: ſurſum: deorſum: dextruꝫ:
et ſiniſtrum. Ad oēs aūt has partes
fit mot9. Habere dicitur multis mo-
dis. Primo mō dr̄ habere aliquā qua-
litatē vt diſciplinā aut virtutē. Secū
do mō dr̄ habere ꝗtitatē vt magnitu
dinē. vt bicubitū tricubitum. Tertio
mō dr̄ habere ea que circa corp9 ſūt
adiacētia: vt veſtimentū ꝛ tunicam.
Aut circa mēbrum vt in manu anulū
Et habit9 iſto tertio mō ſumptus eſt
vnū de decē predicamētis: ꝛ diffinit̄
ſic. Habitus eſt corporum et coruꝫ q̄
circa corpus ſunt adiacētia: vt eſt ar
matio vel caligatio. ꝛ ſimiliter fingā
tur noīa in alijs ſm adiacentiā illam.
hec enī dicuntur habere illa vero ha
beri. Quarto modo dicit̄ habere mē
brum vt manū aut pedē. Quinto mo
do dicitur habere ſicut cōtinēs cōtē-
tum: vt lagena vinū aut modi9 grana
tritici. Sexto mō dicitur habere poſ
ſeſſionē vt domū aut agrum. Septi-
mo modo dicitur habere vxorem et
de hoc modo dicit ariſtoteles ꝙ iſte
modus eſt alieniſſimus in eo quod ē
habere propter hoc ꝙ vir habēs vxo
rem etiam habet̄ ab ea. vinculuꝫ enī
matrimonij indiſſolubiliter ligat vtrū
ꝗ. Et dicit ꝙ forte alij modi appare
bunt in eo quod eſt habere. Sed q̄ cō
ſueuer̄t dici pene oēs enūerati ſunt.

¶ Sciendum eſt primo ꝙ ſecundum poſtpre-
dicamentū eſt prius eſt. et valet ad cognoſcen-
dum qualiter genus ſpecies ꝛ indiuiduū ſe ha-
bent ſm prius et poſteri9. Et eius ſunt quinꝗ
modi. Primus modus eſt prius tempore cuius
duratio vnius precedit durationem alteri9. Se
cūdus modus eſt prius natura a quo nō ꝯuerti
tur ſubſiſtendi cōſequentia. i. a cuius antecedē
te deck ſecundo adiacente. ad ꝯſequēs de eſt
ſecundo adiacente nō valet conſequētia vt non
ſequit̄ animal eſt ergo homo eſt. idō animal eſt pri9
natura homine et qḋlibet ſuperius ſuo inferio
ri. Terti9 modus eſt prius ordine a quo ſm de
bitū ordinē fit inceptio ſm quē modū partes ꝓ
cedunt totū et littere ſillabas. Quartus mod9
eſt pri9 honore q̄ ꝓfertur alio in honore. Quīt9
mod9 eſt ꝑus naā a quo ꝯuertit̄ ſubſiſtēdi ꝯñā
vt vnū eſt cauſa alteri9 ꝛ illḋ qḋ eſt cauſa alteri9
eſt prius natura. vt ita eſſe in re ꝛ ꝓpoſitio vera
cōuertunt̄ ꝛ vnū eſt cauſa alterius ſcꝫ ita eſſe in
re. Et aduerte ꝙ per prius intelligitur poſteri9
cum ſint oppoſita ꝛ dicit̄ tot modis ſicut prius.

Sciendum eſt ſecundo ꝙ tertium
poſtpredicamentū eſt ſimul qḋ valet ad cogno
ſcendum vnā ꝓprietateꝫ ad aliquid. Et dicitur
tripliciter. ſ. generatiōe quoꝝ duratio vnius nō
precedit neꝗ preceſſit durationem alteri9. Se
cūdo mō natura a quo cōuertit̄ ſubſiſtēdi ꝯñā.
vt vnū nō eſt cauſa alterius. vt relatiua ꝛ ſua
correlatiā. Tertio mō natura diuiſionis q̄ op
poſito mō diuidit aliqḋ totū vt due dr̄ie diuidē
tes aliqḋ gen9 vt rōnale ꝛ irrationale. Sꝫ quar
tum poſtpredicamētum eſt motus q̄ valet ad
cognoſcendum ſextam ꝓprietatem ſubſtantie
et eius ſunt ſex ſpecies. ꝛ hoc capiendo motum
large pro omni mutatione ſiue ſucceſſiua ſiue
inſtantanea ꝛ iſte ſpecies patent in textu.

Sciendū eſt tertio ꝙ quintū poſt
ꝑdicamentum eſt habere qḋ valet ad cognoſcē
dum q̄liter habit9 eſt ſpēs qualitatis. ꝛ q̄liter
eſt ꝑdicamentū vltimū ꝛ qualiter eſt poſtꝑdica
mentū. Et dr̄ ſeptē modis. Primo mō dr̄ habe
re affectū. i. qualitatē. ſcḋo mō dr̄ habere ꝗtuꝫ
id eſt ꝗtitatē. tertio mō dr̄ habere veſtimentū
id eſt tunicā vel pileū. quarto mō dr̄ hr̄e mēbrū
vt caput vel pedē. quinto mō dr̄ habere ꝯtentū
vt lagena hꝫ vinum. ſexto mō dicit̄ habere poſ
ſeſſionē vt agrū vel pratū. ſeptimo mō dr̄ habe
re vxorem. ꝛ iſte modus eſt alieniſſim9: q: ſicut
vir hꝫ vxorem ita vxor hꝫ viruꝫ. Et aduerte ꝙ
iſti modi reducūt̄ ſūt in illo ꝑdicamēto in quo
ſunt habita etiā ibi non reponūtur oīs modi
habere. ſed ſolū illi q̄ valent ad cognitionē pre
dicamentorum habendam.

Arguitur ſic non ſequitur iſta eſt
in re ergo ꝓpō eſt vera: q: pōt ita eſſe in re ꝛ tamē
nulla erit ꝓpō. Scḋo ſic: cōdempſatio rarefa-
ctio ſunt motus: ergo erūt plures ſpēs ꝗ ſex. Ter
tio ſic: habitus eſt ꝑdicamentum: ergo non eſt
poſtpredicamentum.

Ad primuꝫ dicitur ꝙ licet nō ſeq-
tur eſt ita in re: ergo ꝓpoſitio formaliter eſt ve
ra. tñ bñ ſeqtur ita eſt in re ergo ꝓpoſitio formali-
ter vel obiectiue eſt vera. i. cā quare ꝓpoſitio
pōt eſſe vera. Ad ſcḋm dr̄ ꝙ cōdempſatio ꝛ ra-
refactio intelligunt̄ ꝑ loci mutationē imo ſunt
motus locales. Ad tertiū dicit̄ ꝙ habit9 capit̄
dupl'r. vno mō generaliter vt cōprehēdit ſub ſe
oēs modos habitus. ꝛ ſic eſt poſtꝑdicamentū.
alio modo ſpecialiter ꝓ vno modo habendi et
ſic bñ eſt ꝑdicamētū vltimū vt etiā ſpēs q̄litatis

¶ Tractatus quartus.

Propoſitio eſt oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo. Terminꝰ eſt in quē reſoluit̄ ꝓpoſitio vt in ſubiectū ⁊ in p̄dicatū. Dici de oī eſt qn̄ nihil ē ſumere ſub ſubiecto de quo nō dicatur p̄dicatū. vt ois hō currit. hic curſus p̄dicat̄ de hoīe ⁊ nihil eſt ſumere ſub hoīe de quo nō dicat̄ curſus. Dici de nullo eſt qn̄ nihil eſt ſumere ſub ſubiecto a quo non remoueat̄ p̄dicatum: vt nullus hō currit. hic curſus remouet̄ ab oīni hoīe ⁊ nihil ē ſumere ſub hoīe a quo nō remoueat̄ curſꝰ

Iſte eſt quartus tractatꝰ in quo videndum eſt de formatione ſillogiſmoꝝ cathegoricoꝝ. cuiꝰ ſubiectuȝ d̄r eſſe ſillogiſmꝰ ſimplr̄ dictꝰ. i. nō ɔtractꝰ ad aliquam materiā. ſ. ad neceſſitatē cuiōi eſt ſillogiſmus demōſtratiuꝰ vel ad ꝓbabilitatē cuiōi eſt ſillogiſmꝰ dialeticus. ⁊ ad eiꝰ paſſionē q̄ eſt concludere vlr̄ ⁊ ꝑticulariter affirmatiue vl̄ negatiue. ¶ Et ſi qs dicat ſillogiſmꝰ ſimplr̄ eſt q̄d cōplexū: g̊ nō eſt ſubm huiꝰ ſcie. Rn̄det̄ ꝙ ſillogiſmꝰ pōt capi duplr̄. vno mō ꝓ per ſe ſignificato ſeu ſcd̄e intētionaliter ⁊ ſic eſt q̄d cōplexū q: eſt vnū intentionale qd̄ attribuit̄ ſillogiſmo cathegorico mētali vocali vel ſcripto. alio mō pōt capi ꝓ denoīato ſeu prime intētionalr̄: ⁊ ſic nō eſt aliud ꝙ ſillogiſmꝰ mētal̄ vocalis vel ſcriptus ⁊ ſic ē bene quid complexum: ⁊ ſic non eſt ſubiectum in hac ſcientia.

Propoſitionis diffinitio.

Sciendum eſt ſcd̄o ꝙ diffinitio propoſitionis ſic eſt intelligēda. ꝓpō ſupple cathegorica ſimplicꝰ qualitatis eſt orō in qua formaliter vel equalēter vnit̄ p̄dicatum materiale cū ſubo mediāte copula verbali affirmatiua vl̄ negatiua. Ex qua diffinitione ſeq̄tur q̄dam diuiſio ꝓpoſitionis cathegorice ſimplicis q̄litatis ſcȝ ꝙ ꝓpōnum cathegoricaꝝ ſimplicis q̄litatis q̄dam eſt affirmatiua ⁊ q̄dam negatiua vt viſū eſt in p̄mo tractatu. Et d̄r notāter cathegorica ad remouendū ypotheticā de qua nō eſt hic ad ꝓpoſitū cū nō poſſit eē ps ſilli cathegorice de quo ē hic ad ꝓpoſitū ⁊ d̄r q̄litat̄ ſimplicꝭ ad remouēdū ꝓpōnē ſimplicꝰ q̄litatꝰ. ſȝ diffinitio termi ē ſic itelligēda. Terīnꝰ eſt in q̄ ꝓpō cathegorica nata eſt reſolui tanꝙ̄ in ſubm ⁊ p̄dicatum et capit̄ ibi terminꝰ ꝓ oīni illo qd̄ ſignificatiue ſumptū pōt eſſe ſubm vel p̄dicatū ꝓpōnis ſiue ſit complexum vel incomplexum: ⁊ nō capitur hic large pro omni illo quod nō eſt propoſitio: quia tunc copula eſſet terminus.

Tertio ſciendū eſt ꝙ duplex eſt dici de oīni. ſ. dici de oīni prioriſticū ⁊ poſterioriſticuȝ. vn̄ dici de oīni prioriſticū eſt qn̄ nihil eſt ſumere ſub ſuo ſubiecto de quo nō denotet̄ dici p̄dicatum ſiue vere ſiue falſe. Sed dici de oīni poſterioriſticū ē qn̄ nihil ē ſumere ſub ſubiecto de quo vere nō dicat̄ p̄dicatū ꝓ qualibȝ dn̄a tēporis vt hō eſt aīal. Tn̄ aduerte ad hoc ꝙ aliqua ꝓpō ſit de oīni prioriſtico req̄ritur ꝙ ſub ſubiecto fiat diſtributio tam in termīo ꝙ̄ extra terīn. Ex quo ſeq̄tur ꝙ ꝓpoſitio vl̄is in plus ſe hȝ ꝙ̄ ꝓpō de oīni. Aduerte etiam ꝙ ſicut duplex eſt dici de oīni. ita etiā duplex eſt dici d̄ nullo. ſ. prioriſticū ⁊ poſterioriſticum. ¶ Aduerte etiam ꝙ ad hoc ꝙ ſit bonꝰ ſillogiſmꝰ cathegoricus de medio cōi req̄ritur ꝙ altera p̄miſſaꝝ ſit de oīni vel de nullo ⁊ nō ſufficit ꝙ ſit vl̄is. ⁊ per hoc ſoluuntur multi paralogiſmi.

Dici de omni eſt duplex

Arguitur primo iſta ꝓpō ſortes eſt vel nō aſinꝰ eſt ꝓpō ⁊ tn̄ diffinitio ꝓpōnis ſibi nō ɔuenit: igit̄. ¶ Scd̄o ſic: ſi diffinitio termi eſſet bōa ſeq̄retur ꝙ nullꝰ eēt terminꝰ ſincathegorematicus cū in nullū talē reſolueret̄ ꝓpoſitio ſȝ hoc eſt falſuȝ. ¶ Tertio ſic: ſi hoc eēt verum ſeq̄retur ꝙ ꝓpoſitio ſolū cōponeret̄ ex ſubiecto ⁊ p̄dicato cuȝ propoſitio cōponatur ſolum ex illis in que reſoluitur.

Dici de nullo eſt duplex.

Ad primuȝ dicit̄ ꝙ talis ꝓpoſitio eſt de duplici q̄litate de qua non dat̄ diffinitio. Ad ſcd̄m d̄r ꝙ nullus terminꝰ ſincathegorematice tētus eſt terminꝰ niſi capiēdo terminū large ꝓ oīni illo qd̄ nō eſt ꝓpoſitio. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ ꝓpoſitio bene reſoluit̄ in copulā: ſed nō tanꝙ̄ in ſubiectum ⁊ p̄dicatum.

Sillogiſmus eſt oratio in q̄ q̇buſdaȝ poſitis ⁊ cōceſſis neceſſe ē aliud accidere ꝑ ea q̄ poſita ſunt ⁊ conceſſa vt oīne aīal ē ſuba. oīs hō eſt aīal: ergo oīs hō eſt ſuba. Hoc totū ē orō in qua q̇buſdā poſitis: ſcȝ duabꝰ premiſſis neceſſe eſt aliud accidere ſcȝ cōcluſionē. Ois aūt ſillogiſmꝰ ɔſtat ex tribꝰ termis ⁊ duabꝰ ꝓpoſitionibus quarū ꝓpōnum prima vocatur maior ſcd̄a minor. Ex tribꝰ aūt terminis nō pn̄t fieri due ꝓpōnes niſi alt̄ illoꝝ terminoꝝ ſumat̄ bis: ⁊ tn̄c ille terminꝰ bis ſumptus aut ſubijcit̄ in vna ⁊ p̄dicat̄ in alia: ⁊ ſic ē prima figura: aut p̄dicat̄ in vtraq;. ⁊ ſic ē ſcd̄a figura. aut ſubijcitur in vtraq;: ⁊ ſic ē tertia figura. Hoꝝ aūt terminoꝝ alt̄ vocatur mediū alter maior extremitas. alter xͦo minor extremitas. Ne-

dium eſt termin⁹ bis ſumptus añ cõ
cluſionē. Maior extremitas eſt ter-
min⁹ ſumpt⁹ in minori ꝓpõne cũ me
dio. Minor extremitas eſt termin⁹
ſumptus in maiori ꝓpõne cũ medio.

Quid ſit ſillus.

¶ Primo ſciendũ eſt ꝙ diffinitio ſillogiſmi ſic
eſt intelligenda. Sillogiſmus eſt oratio ſuꝑ le
ypothetica rõnalis vel ꝯditionalis ꝛc. vt ſi om
ne aial eſt ſubſtãtia: ꝛ hõ eſt aial hõ eſt ſubſtan
tia. in qua quibuſdam poſitis .i. duabus pmiſ-
ſis diſpoſitis in modo ꝛ figura. ꝛ ponitur neceſ
ſe eſt aliud accidere id eſt aliud ſequi ſcilʒ con
cluſionem: quia concluſio in bona conſequẽtia
eſt neceſſaria per ea que poſita ſunt id eſt pro-
pter premiſſas ſic diſpoſitas. Ex quo ſequit̃ ꝙ
in iſta diffinitione ly neceſſe capitur ſcðe inten
tionaliter. vt tantum valet ſicut conſequentia
bona et neceſſaria ꝛ nõ capitur prime intentio
naliter ꝛ ſincathegorematice: quia concluſio cõ
tingenter ſequeretur ad premiſſas cum poſſit
poni ꝛ nõ poni. Sequitur etiam ꝙ in diffinitio-
ne ſillogiſmi nõ debet poni conceſſis: quia ſiue
premiſſe ſint vere ſiue falſe faciunt ad ſillogiſ-
mum ſimpliciter dictum qui ibi diffinitur.

Sciendum eſt ſecũdo ꝙ in diffini-
tione ſillogiſmi ponitur oratio loco generis. et
ponitur in qua quibuſdam poſitis ad differen-
tiam oĩm conſequentiarum in quibus non po-
nuntur due premiſſe diſpoſite in modo ꝛ figura
Ponitur etiã ad differentiã fallaciarũ in quib⁹
premiſſe non bene diſponuntur. Et aduerte ꝙ
ſillogiſmus cathegoricus de quo eſt hic ad pro
poſitum poteſt fieri dupliciter: ſcilicet per con-
iunctionem rationalem: ꝛ tunc ſillogiſmus di-
citur ꝓpõ rationalis. vt oĩs homo currit. petr⁹
eſt homo: ergo petrus currit. vel fit per iſtã con
iunctionem ſi. vt ſi omne animal currit ꝛ petr⁹
eſt animal: petrus currit. ꝛ tũc petr⁹ dicitur ꝓ
poſitio conditionalis. cuʒ ibi cõiungantur due
vel plures propoſitiones per iſtam coniunctio
nem ſi. tanꝙ per copulam principalem illatiue
tentam non negatam.

Sciendũ eſt tertio ꝙ in quolibet
ſillogiſmo ſunt tres termini ꝛ tres ꝓpoſitiões
termĩ ſunt maior extremitas: ꝛ minor extremi
tas ꝛ medium. Medium eſt termin⁹ bis ſump
tus ante concluſionem ita ꝙ medium nunꝙ de
bet poni in concluſione aliter nõ erit bonus ſil
logiſmus. Sed maior extremitas eſt terminus
ſumptus in maiore ꝓpoſitione cũ medio. Sed
minor extremitas eſt termin⁹ ſumptus in mio
ri ꝓpoſitione cum medio. Sed tres ꝓpoſitio-
nes ſunt maior minor ꝛ concluſio. maior eſt p-
ma propoſitio minor ſcða ꝛ cõcluſio eſt que po
nitur poſt notam illationis. Ex quo ſeqtur ꝙ
ꝓprie cõſequens in plus ſe habet ꝙ̃ concluſio.
quia omis ꝓpoſitio que ponitur poſt notam il
lationis dicitur conſequẽs. ſed illa que ponitur
poſt notam illationis in ſillogiſmo dicitur pro-

Quot ſunt termini in quolibet ſillogiſmo.

prie concluſio. Sequitur ſecundo ꝙ̃ differẽtia
eſt inter conſequens ꝛ conſequentiam. quia cõ
ſequentia eſt habitudo conſecutionis antece-
dentis ad conſequens. ſed conſequens eſt pro-
poſitio poſita poſt notam illationis.

Qualiter differt conſequentia et ꝯñs

Arguitur primo diffinitio ſillogiſ
mi conuenit inductioni. quia inductio eſt ora-
tio in qua quibuſdam poſitis aliud de neceſſi-
tate accidit: ergo nõ eſt bona. ¶ Scðo ſic. con-
cluſio cõtingenter ſequitur ex premiſſis. q: for
mato antecedente põt formari vel nõ formari.
concluſio. ¶ Tertio ſic: ſillogiſm⁹ qui eſt ex ter
minis ſinonĩs eſt bonus ſillogiſmus: ꝛ tñ cõclu
ſio nõ eſt alia a premiſſis: igitur.

Ad primuʒ dr̃ ꝙ talia que ponunt̃
in inductione nõ ſunt diſpoſita ſicut ſunt illa q̃
ponuntur in ſillogiſmo. ¶ Ad ſcðm dicitur ꝙ
ly neceſſe in diffinitione ſillogiſmi nõ capit̃ pri
me intentionaliter ꝛ ſincathegorematice. ſʒ ca
pitur ſcðe intentionaliter vt idem eſt ꝙ conſe-
quentia bona ꝛ neceſſaria. ¶ Ad tertium dicit̃
ꝙ licet in ſillogiſmo ex ſinonimis cõcluſio non
ſit alia a qualibʒ pmiſſaꝝ tñ eſt alia ab añte ex
hoc ſignificatione totali. ¶ Textus.

Ad ſillogiſmũ aũt exigitur mod⁹
et figura: figura eſt ordinatio trium
terminoꝝ ſm ſubiectionẽ ꝛ predica
tionẽ. Hec aũt ordinatio fit trib⁹ mo
dis vt dictũ eſt prius ꝛ ſm hoc tres
ſunt figure. Prima figura eſt qñ me
dium ſubiicitur in vna ꝓpoſitione ꝛ
p̃dicat̃ in alia: vt oẽ aial eſt ſuba oĩs
hõ eſt aial: ergo oĩs hõ eſt ſuba. Se
cũda figura eſt qñ mediũ p̃dicat̃ in
vtraqʒ vt oĩs hõ eſt aial null⁹ lapis ē
aial. ergo null⁹ lapis ē hõ. Tertia fi-
gura eſt qñ mediũ ſubiicit̃ in vtraqʒ
vt oĩs hõ eſt aial. oĩs hõ eſt ſuba: er-
go q̃dam ſuba eſt aial. verſus. Sub
pre prima. Secũda pre bis. Tertia
ſubis. Modus eſt ordinatio duarũ
ꝓpõnum in debita qualitate ꝛ q̃tita
te. Debita qualitas ē ꝙ ſi vna ſit ne
gatiua reliqua erit affirmatiua. De-
bita q̃titas eſt. ꝙ ſi vna eſt ꝑticula-
ris reliqua erit vl̃is. Vñ tales dant̃
regule vl̃es ad quãlibet figurã. Ex
puris particularibus indefinitis et
ſingularibus nihil ſequitur. vñ opor
tet alteram premiſſarum eſſe vl̃em.
Item ex puris negatiuis nihil ſequi

tur. vnde oportet alterā ꝓmiſſarum eſſe affirmatiuā. Item ſi aliqua premiſſarum fuerit particularis concluſio erit particularis ⁊ nō econtra. Itē ſi aliqua premiſſarum fuerit negatiua cōcluſio erit negatiua. Itē mediū nunꝙ̄ debet poni in concluſione.

¶ Primo ſciendū eſt ꝙ duo ſunt principia formalia ſillogiſmi. ſ. modus ⁊ figura. Et aduerte ꝙ in diffinitione figure ponitur ordinatio loco generis: ⁊ ponitur triū terminorum ad differentiam modi qui eſt ordinatio duaꝝ ꝓpoñū. vnde cōiter ponūtur tres figure q̄ differūt inter ſe ſm diuerſam ordinatōeȝ triū termīoꝝ. ſ. medij extremitatū. nam in prima figura termini ſic ordināntur ꝙ mediū ſubijcitur in maiori ⁊ ꝑdicat̄ in minori. ſed in ſcd̄a figura mediū ꝑdicat̄ taȝ in maiori ꝙ̄ in minori. ⁊ in tertia mediū ſubijcit̄ tā in maiori ꝙ̄ in minori. Atq aūt ſit ponēda q̄rta figura alias videbit̄. Aduerte tū̄ ꝙ h̄ ad ꝙ aliqd ſit mediū prime figure non opȝ ꝙ ſit ſubiectum nec ps ſubiecti maioris ꝓpōnis: ſȝ ſufficit ꝙ ponatur in maiori ꝓpōne a parte ſubiecti. oportet tamen ꝙ ſit predicatum in minori propoſitōne vt oēm hominem videt ſortes. plato eſt homo. ergo platonem videt ſortes: ibi ly hoīem eſt medium. ⁊ tamē nō eſt ſubiectū: ſed eſt pars predicati maioris lȝ tū̄ ponat̄ a p̄te ſubiecti maioris.

Sciendum eſt ſcd̄o ꝙ modus capitur dupliciter. vno mō pro ordinatione duaruȝ propoñum in debita qualitate ⁊ quātitate. ⁊ ſic diffinitur in textu. ⁊ tūc barbara ⁊ baraliptō nō ſunt modi diſtincti. alio modo capitur pro ordinatione duarum propoſitionum ⁊ concluſionis in debita qualitate ⁊ quātitate: ⁊ ſic barbara et baralipton differunt. Unde debita quātitas eſt ꝙ vna premiſſarum ſit vniuerſalis. ⁊ debita q̄litas eſt ꝙ vna premiſſarum ſit affirmatiua. Ex quo ſequitur ꝙ ſunt quinqꝫ regule generales ad omnes figuras. ¶ Prima ꝙ ex puris particularibus indefinitis et ſingularibus non valet ſillogiſmus de medio communi. cuius ratio eſt quia ex vero ſequeretur falſum. ſic arguendo. quoddā animal ē equus homo eſt animal: ergo homo eſt equus in aliquibus tū̄ caſib⁹ poteſt valere de quib⁹ alias videbit̄. Scd̄a regula ex puris negatiuis nihil ſequitur propter eandē cauſam vel quia ibi ſunt dabiles termini in quibus omni et in quibus nulli de quibus videbitur in logica. Tertia regula ꝙ ſi aliqua premiſſarum ſit particularis concluſio debet eſſe particularis alias arguitur a non diſtributo ad diſtributum ex parte minoris extremitatꝭ niſi forte ſubiectū ꝯcluſionis in antecedente diſtribueretur: quia tunc poſſet valere conſequentia. vt bene ſequitur homo eſt ſortes. nullus homo eſt aſinus: ergo nullus aſinus eſt ſortes. Quarta regula: ꝙ ſi aliqua premiſſaruȝ fuerit negatiua. concluſio debet eſſe negatiua: niſi illa ſit de ꝯtingenti nō

Quinqꝫ regule generales ad oīs figuras.

neceſſario ex qua bñ ſequit̄ affirmatiua. Quinta regula eſt ꝙ mediū habens officiū medij nō debet intrare concluſionem. nam officiū medij eſt ꝙ vniatur cum extremitatibus in premiſſis ſed hoc non poteſt fieri in ꝯcluſione: igitur.

Cōditiones ad h̄ ꝙ fiat bonus ſill's requiſite

Sciendū eſt tertio ꝙ multe alie cōditiones requiruntur ad hoc ꝙ fiat bonus ſillogiſmus. Prima ꝙ non ponatur aliqꝭ termin⁹ equiuoc⁹ vt nō ſequit̄ oīs canis currit ſid⁹ celeſte ē canis: g̃ ſidus celeſte currit. Scd̄a ꝙ non arguat̄ a magis amplo ad minus ampluȝ. Exemplum nō ſequitur nullum mortuum eſt viuens. aliquis homo eſt mortuus. ergo aliquis homo non eſt viuens. Tertia eſt ꝙ non arguatur a minus amplo ad magis amplum. Exemplū vt nō ſequitur nihil quod eſt viuens eſt mortuum: plato eſt viuens ergo plato non eſt mortuus. Quarta ꝙ nō arguatur a non diſtributo ad diſtributum: ideo nō ſequitur oīs homo anīal nō eſt. petrus eſt homo: ergo petrus nō eſt animal. Quinta eſt ꝙ nō varietur genus ſuppoſitōnis vt nō ſequit̄ nullus ſillogiſm⁹ eſt ſubm in hac ſcīa. ſillogiſmus ſimpl'r eſt ſillogiſm⁹: g̃ ſillogiſmus ſimpl'r nō eſt ſubiectuȝ in hac ſcia. Sexta eſt ꝙ ꝑdicatum minoris nō ſit in plus q̄ ſubm diſtributionis maioris. defectu cui⁹ nō ſequit̄ cuiuſlibet cōtradictionis altera pars eſt falſa ꝓpō vera eſt altera ps ꝯtradictionis: g̃ ꝓpō vera eſt falſa. Septima cōditio eſt cauendū ne in minore vel in cōcluſione ponat̄ aliqua determinatio niſi fuerit poſita in maiore. ⁊ hoc ſi teneat ex p̄te ꝑdicati. ideo nō ſequitur omīs homo eſt albus. ſortes eſt per ſe homo: ergo ſortes eſt per ſe albus.

Arguitur ſic primo. iſte ſillogiſm⁹ eſt bonus. oīs hō eſt aīal: nullum aīal eſt lapis: ergo nullus lapis eſt homo: ⁊ tamen non eſt in aliqua trium figurarum: ergo ſunt plures figure ꝙ̄ tres. ¶ Secūdo ſic: ex negatiuis de contingenti fit bonus ſillogiſmus: ergo male dicitur ꝙ ex puris negatiuis nihil ſequitur. ¶ Tertio ſic minore negatiua de contingenti ſequitur affirmatiua: ergo nō oportet ꝙ̄ ſi altera ꝓmiſſaꝝ fuerit negatiua ꝙ ꝯcluſio ſit negatiua.

Ad primū d̄r ꝙ ſillogiſmus eſt in q̄rta figura de qua magis videbitur in logica. ¶ Ad ſcd̄m dicit̄ ꝙ ex puris negatiuis bene ſequitur concluſio in aliquib⁹ caſibus. ¶ Ad tertiū patet ſolutio in tertio notabili.

Prima figura nouē habȝ modos. Primi q̄tuor modi ꝯcludūt directe Reliq̄ vero quinqꝫ cōcludūt indirecte. directe cōcludere eſt maioreȝ extremitatē predicari de minori in cōcluſione. Indirecte cōcludere eſt minorē extremitatē ꝑdicari de maiore in ꝯcluſiōe. Nota duas regulas qua

rum prima tātum conuenit prime figure quo ad quattuor priores modos. et ſecūde quo ad omnes. Secūda etiā cōuenit tm̄ prime figure quo ad eius quattuor primos modos: et tertie figure quo ad oēs. Prima regula talis ē minore exiſtēte negatiua nihil ſequitur Secunda regula eſt maiore exiſtente particulari nihil ſequitur.

Due regule de modis prime figure.

¶ Sciendum eſt primo ꝙ hic determinandum eſt de qualibet figura in ſpeciali. Et primo determinandū eſt de prima et de eius modis. de qua ponūtur due regule. ¶ Prima ē ꝙ minore exiſtente negatiua in prima figura nihil ſequit: q̄a argueretur a non diſtributo ad diſtributum ex pte maioris extremitatis: q: in maiore nō diſtribueretur q: oporteret maiorē eſſe affirmatiuā. et tamen in concluſione diſtribueretur: quia tunc concluſio eſſet negatiua quia ſi aliqua premiſſarum fuerit negatiua concluſio erit negatiua Secunda regula. maiore exiſtente particulari in prima figura nihil ſequitur q: cuiuſlibet bō ni ſillogiſmi ſupple de medio cōmuni mediuz dꝫ diſtribui quod tamē nō faceret q: vel hoc eſſet i maiori vel in minori non in maiori cuz maior ſit pticularis. nec in minori q: eēt pdicatū ꝓpoſitōnis affirmatiue cū minor ꝑ primam regulā non poſſit eē negatiua. Et debēt intelligi tales regule ꝙ nihil ſequit ſupple gratia forme q: grā materie. l. grā hitudīs terioꝛ aliquid bn̄ pōt ſequi.

Secundo ſciēduz eſt ꝙ capiendo modū ꝓ ordinatione pmiſſarū et cōcluſionis ſimul nouē ſūt mōi prime figure ſcꝫ barbara celarēt darij. ferio. baralipton. celantes. dabitis. fapeſmo. friſeſomorum. qui diſtīgūtur penes vniuerſal diſpōnē pmiſſarū et cōcluſionis penes vlē vel pticulare affirmatiuum vel negatiuū. Et aduerte ꝙ q̄ttuor iſtorum modoꝝ ſcꝫ barbara: celarent: darij: ferio dicūtur concludere directe et alij indirecte. ¶ Unde diffinitio de directe concludere ſic eſt intelligenda: eſt quando maior extremitas vel ps maioris extremitatis eſt pdicatū vel ps pdicati: vel ſe tenet ex parte pdicati. et minor extremitas vel ps minoris extremitatis eſt ſubiectum vel ſe tenet ex pte ſubiecti in concluſiōe Exemplū de vltima pticula: vt cuiuſlibet hoīs aſinus currit: ſortes eſt homo: ergo ſortis aſin⁹ currit. ibi totū hoc aſin⁹ currit ſeu aſinus currens eſt maior extremitas: et tn̄ nō pdicatur in cōcluſione. nec totū hoc ſe tꝫ a pte pdicati: ſed ſolum vna ps. ſ. currit vel currēs. ſimiliter iſte gtūs ſortis qui eſt minor extremitas ſe tenet a pte ſubiecti in cōcluſione: et tamē non eſt ſubiectum.

Sciendum eſt tertio ꝙ diffinitio huius qḋ eſt concludere indirecte eſt ſic intelligenda quando minor extremitas eſt pdicatum vel ſe tenet a pte predicati: et maior extremitas vel pars eius ſe tenet a parte ſubiecti: exemplū vbi minor extremitas ſe tenet a pte predicati: et cū hoc eſt pdicatū: vt oīe aīal eſt ſubſtātia: omnis hō eſt aīal: ergo quedā ſubſtantia eſt hō. ibi homo qui eſt minor extremitas ſe tenet a pte pdicati et cum hoc eſt pdicatum: exemplū vbi minor extremitas ſe tenet a pte pdicati: vt omnez hoīem videt plato: ſortes eſt hō: ergo plato videt ſortē. exemplum vbi ſolū ps minoris extremitatis ſe tꝫ a pte pdicati: vt oīs albedo eſt color: ſortes hꝫ albedinē: ergo colorē habꝫ ſortes.

Arguitur primo ſic. barbara et baralipton habēt eādē diſpoſitionē pmiſſaꝝ: ḡ nō ſunt modi diſtincti ab inuicē. ¶ Scdo ſic. aliqn̄ maior extremitas eſt ſolum pars predicati vel ſe tenet a pte predicati: ergo male diffiniebat. ¶ Tertio ſic. omnis homo eſt animal: ſubſtantia eſt homo: ergo ſubſtantia eſt animal: maior extremitas pdicatur d minori extremitate: et tn̄ nō ꝯcludit directe cū ſit pdicatio indirecta. igr.

Ad primuz patet ſolutio in primo notabili. ¶ Ad ſcdm dr ꝙ predicatio capit dupliciter. vno mō vt idem eſt ꝙ pdicatuz: et ſic nō capitur hic. alio modo vt idem eſt ꝙ ſe tenere a parte pdicati ſiue ſit predicatū ſiue nō: et ſic accipitur hic. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ aliter concluſio dicitur directa et aliter predicatio. quia cōcluſio dicitur directa eo ꝙ maior extremitas vel pars maioris extremitatis predicatur vel ſe tenet a parte predicati: ſed predicatio dicitur directa eo ꝙ ſuperius predicatur de inferiori.

Barbara prim⁹ modus cōſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis vniuerſalem affirmatiuā directe concludentibus: vt oīe aīal eſt ſubſtantia: oīs homo eſt aīal. ergo oīs homo eſt ſubſtantia. ¶ Celarent ſcdus modus conſtat ex maiore vniuerſali negatiua et minore vniuerſali affirmatiua vniuerſalem negatiuam directe concludentibus. vt nullus animal eſt lapis oīs homo eſt animal. ergo nullus homo eſt lapis.

Barbara ex q̄b conſtat.

¶ Primo ſciēdū eſt ꝙ prim⁹ mod⁹ prime figure eſt barbara q̄ cōſtat ex maiore vli affirmatiua et minore vli affirmatiua: vlē ꝫ affirmatiuā directe concludētib⁹: vt oīe aīal eſt ſubā: oīs hō eſt aīal: ḡ oīs hō eſt ſubā. et eſt bonus ſillogiſmus: q: imediate regulat ꝑ dici de oī. Nō aliquē ſillogiſmū imediate regulari ꝑ dici de oī nō eſt aliud ꝙ de ipo verificari iſtā maximā ſeu iſtud pricipiū qcqd dr d ſubiecto diſtributo in maiori dr de quolibꝫ cōtento ſub ipo in ꝯcluſiōe vel ſaltē denotat dici de eo. Ex q̄ pꝫ ꝙ nō eſt idē dici de oī et ſillm regulari ꝑ dici de oī. Et aduerte ꝙ iſte terius barbara ipoꝛtat vnā ſcdaz ītētōez q̄ attribuit argumentationi mentali vocali vel ſcripte cuius pmiſſe ſunt vniuerſales affirmatiue vniuerſalez affirmatiuam directe concludentes et de ſignū

cato materiali ꝛ ſcđario importat tale argumētationē eſſe ſic diſpoſitā. ita oēs argumentationes ſic diſpoſite ſunt in barbara. vñ aliquam argumētationē eſſe in barbara nō eſt aliđ ꝙ ipam eē diſpoſitā ſm ꝙ ille modꝰ barbara requirit.

Sciendum eſt ſecūdo ꝙ ad hoc ꝙ barbarā ſit bonus ſillogiſmꝰ requirit̄ ꝙ ꝓmiſſe ſint de oī. ſic videlicȝ ꝙ ſub ſubiectis earū fiat diſtributio cōpleta ꝛ pfecta q̄ fit tam in termino ꝙ extra terminū: tam in numero ꝙ extra nūer. Et ꝑ hoc ſoluit̄ iſtud argumentū: omnis eſſentia diuina eſt pater: oīs filius in diuinis eſt eſſentia diuina: ergo oīs filius in diuinis ē pater. vnde ſi maior ſit de omni. ꝛ ſi ſubiectū diſtribuat̄ diſtributione cōpleta ꝛ pfecta eſt bonꝰ ſillogiſmꝰ: ſed q2 ſicut cōcluſio eſt falſa ita ꝛ maior. ſi autē nō ſit de omni nō eſt bonꝰ ſillogiſmꝰ. Et ꝑ idem ſoluitur iſtud argumentū. vtrūq3 aīal eſt aſinꝰ. vterq3 hō eſt aīal: ergo vterq3 hō eſt aſinꝰ. Reſpondet̄ ꝙ nō eſt in barbara cum ſubiectū maioris nō diſtribuat̄ diſtributione cōpleta ꝛ perfecta. Et per idē pōt ſolui tale argumētū. oīs propoſitio vͣa vel falſa eſt falſa. ſed oīs ꝓpō eſt vera vel falſa: g̊ oīs ꝓpō eſt falſa. Vñ ſic ſolet ſolui. nam maior pōt eſſe vna diſiunctiua et ſic eſt falſa: et ſic nō fit in barbara: vel pōt eſſe vna cathegorica de diſiuncto ſubiecto. ꝛ hoc dupliciť: quia vel totū diſiunctū diſtribuitur: et tunc eſt bonus ſillogiſmꝰ: vel ſolū pͥa ps diſtribuitur: et tunc non eſt bonus ſillogiſmus. cum predicatum minoris in plus ſe habeat ꝙ terminus diſtributionis maioris.

Sciendum eſt tertio ꝙ ſcđus modus prime figure eſt celarent qui cōſtat ex maiore vlī negatiua minore vlī affirmatiua vlem negatiuā directe cōcludentibꝰ: vt nullū aīal eſt lapis: oīs hō eſt aīal: g̊ nullus hō eſt lapis. et ꝙ talis modus ſit bonus probat̄ q2 imediate regulat̄ per dici de nullo: g̊ eſt bonꝰ ſillogiſmꝰ. Vñ ſillogiſmū imediate regulari ꝑ dici de nullo non eſt aliud ꝙ ipm manifeſtari ꝑ illud principiū vel maximā: quicqđ remouetur a ſubo maioris denotatur remoueri a quolibet ꝯtēto ſub eo in cōcluſione. ꝛ de alijs ꝓticulis dicat̄ ſicut in barbara. Et ſi q̄s dicat nō ſequit̄ nullū dextrū eſt ſiniſtrum: cuiuſlibet hoīs oculus eſt dexter: g̊ nulliꝰ hoīs oculus eſt ſiniſter: ꝓmiſſe ſunt vere ꝛ cōcluſio eſt falſa: igitur celarēt nō eſt bonus modus. Item nō ſequit̄ nullus turonus valet ſolidum: oīs ducatꝰ valet turonū: g̊ nullus ducatꝰ valet ſolidū. ¶ Ad primū dr̄ ꝙ arguit̄ a nō diſtributo ad diſtributū. quia oculus in minori non diſtribuitur: ꝛ tamen diſtribuitur in concluſione. ¶ Ad ſcđm dicitur ꝙ predicatū minoris in plꝰ ſe habet ꝙ ſubiectū diſtributionis maioris. q2 ſubiectum maioris eſt preciſe turonus. ꝛ p̄dicatum minoris eſt totū hoc valens turonum.

(Margin: De celarent.)

Arguitur ſic primo. omīa aīalia ſunt rōnalia vl' irrationalia. ſed omīs homo et equus ſunt aīalia: ergo omnis hō ꝛ equus ſunt rationalia vel irrationalia. cōcluſio eſt falſa ꝛ ꝓmiſſe ſunt vere: q2 iſta eſt vera. omne aīal eſt rationale vel irrationale: ergo ꝛ iſta oīa animalia ſūt rationalia vel irrationalia: quia ſicut ſingulare de ſinglī ꝛ plurale de plī. ¶ Scđo ſic. nō ſequitur oīs ꝓpō ſi eſt vera eſt vera. ſed oīs ꝓpō vlīs eſt propoſitio ſi eſt vera: ergo oīs propoſitio vlīs eſt vera: et tñ arguitur in barbara: igitur. ¶ Tertio ſic. nō ſequitur in celarēt nullum animal dum dormit vigilat: oīs hō eſt aīal dum dormit: ergo nullus homo vigilat.

Ad primū dicitur ꝙ ſicut concluſio eſt falſa ita ꝛ altera ꝓmiſſarū ſcȝ maior. Et ad ꝓbationē dr̄ ꝙ nō eſt vlīter vera: imo in multis deficit. ¶ Ad ſcđm dr̄ ꝙ minor pōt eſſe ypothetica ꝛ ſic nō eſt in barbara. vel pōt eſſe de conditionato ſubiecto: ꝛ hoc dupliciť. q2 vel ſolū ly propoſito diſtribuit̄: ꝛ nō ly vera: ꝛ tunc non bñ arguitur cū predicatū minoris in plus ſe habeat ꝙ ſubiectum diſtributionis maioris: vel totū diſtribuit̄: ꝛ tunc maior eſt falſa: quia tunc eſt ſenſus: de quocūq3 verum eſt dicere ꝙ eſt ꝓpō ſi ē vera: de illo verū dicere ꝙ eſt vera ꝛ illud eſt falſum: igit̄. ¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ diſtinguitur maior: quia vel eſt ypothetica temporalis: ꝛ ſic non bene arguit̄. vel pōt eſſe vna cathegorica de ſubiecto tēpali. et ſic maior eſt falſa: ꝛ eſt ſenſus. de nullo de quo verum eſt dicere qđ eſt hō dū dormit verum eſt dicere ꝙ vigilat.

Darij tertius modꝰ cōſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua ꝛ minore particulari affirmatiua. particularē affirmatiuā directe cōcludentibꝰ: vt omne aīal eſt ſubſtātia quidā hō eſt aīal: ergo quidā hō ē ſuba. ¶ Ferio. Quartus modus conſtat ex maiore vniuerſali negatiua: ꝛ minore ꝑticulari affirmatiua: particularem negatiuā directe cōcludētibus: vt nullum animal eſt lapis. quidā hō eſt aīal. ergo quidā homo non eſt lapis.

¶ Primo ſciendum eſt ꝙ duo ſunt modi particulares prime figure directe concludentes ſcȝ darij et ferio. Vñ darij ē modus ꝯſtās ex maiore vlī affirmatiā ꝛ minore ꝑticulari affirmatiā particularem affirmatiuam directe concludentibus: vt omē animal eſt ſubſtantia quidam homo eſt animal: ergo quidaȝ homo eſt ſubſtātia. et eſt bonꝰ modus et eūđ ēs: q2 imediate regulatur per dici de omni ſicut barbara. Et ſi quis dicat. non ſequitur omnes modi prime figure ſunt nouem: darij ꝛ ferio ſunt modi prime figure: ergo darij ꝛ ferio ſunt nouem. Item non ſequitur. omē indiuiduū alicuius ſpeciei eſt aſinus: ſortes eſt indiuiduum alicuius ſpeciei: ergo ſortes eſt aſinus. ¶ Ad primū dicitur ꝙ ſi ly omēs capiatur diſtributiue maior eſt falſa: ꝛ tunc eſt bonus ſillogiſmꝰ. ſed ſi capiat̄ collectiue maior

(Margin: Darij diffinitio.)

eſt vera ⁊ non eſt bonus ſillogiſmus. cum ibi ſe rguatur ex puris particularibus. Ad aliud dicit ꝙ de ipa eſt duplex modus dicendi: quidam dicunt ꝙ maior eſt falſa: quia ſenſus eius eſt ꝙ oē indiuiduū cuiuſlibet ſpeciei eſt aſinus. Et ſunt illi qui dicunt ꝙ ad diſtributionē recti ſequitur diſtributio obliqui. Alij dicūt ꝙ obliquus nō diſtribuit: ideo maior eſt vera: ſed nō fit bon⁹ ſillogiſmus quia predicatum minoris implus ſe habet ꝙ ſubiectum diſtributionis maioris.

Quid eſt ferio.

Sciendū eſt ſcdo ꝙ ferio eſt modus cōſtans ex maiore vniuerſali negatiua ⁊ pticulari affirmatiua minorē: particularē negatiuam directe ꝯcludentib⁹: vt nullū aīal eſt lapis: quidā hō eſt aīal: ergo quidā homo nō eſt lapis et eſt bonus modus ⁊ euidēs: quia imediate regulatur per dici de nullo ſicut celarent. ¶ Et ſi quis dicat nō ſequitur nullus ſillogiſm⁹ eſt ſubiectum in hac ſciā. ſed ſillogiſm⁹ ſimplr eſt ſillogiſmus. ergo ſillogiſm⁹ ſimplr non eſt ſubiectū in hac ſciā. Itē nō ſeqtur oīs propō vera nō eſt. iſta ꝓpoſitio hō eſt animal eſt propō. ergo iſta propoſitio homo eſt animal nō eſt vera. ¶ Ad primū dicitur ꝙ ibi eſt variatio generis ſuppoſitionis. nam lꝫ ſillogiſmus ſimplr in miori ſupponit perſonaliter. ⁊ tamen in cōcluſione ſupponit ſimpliciter. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ nō ſequit quia ibi arguitur a non diſtributo ad diſtributū quia lꝫ vera in maiori non diſtribuitur: ⁊ tamē in cōcluſione bene diſtribuitur.

Quattuor primi modi qd ſint.

Sciendū eſt tertio ꝙ quattuor primi modi ſunt ꝯñtie formales. ¶ Pro cuius declaratione eſt aduertendū ꝙ ꝯña formalis eſt ꝯña bona que ſic eſt bona ꝙ quelibꝫ ſibi ſimilis in forma eſt bona. ſed ꝯña materialis, ē que ſic eſt bona ꝙ nō quelibet ſibi ſimilis in forma eſt bona. Et ad cognoſcendū quel cōſequētie ſunt eiuſdem forme aduerte. ꝙ ſex ſunt que ſe tenēt ex pte forme propōnis. ſ. qualitas: qͣtitas: copula: numerus terminoꝝ ſitus ordo: ⁊ numer⁹ ſincathegorematū. ⁊ etiam ampliatio. propter primū. propoſitio affirmatiua et negatiua nō ſunt eiuſdem forme: propter ſcōm. ꝓpoſitio vniuerſalis ⁊ particularis ſunt eiuſdem forme. ꝓpter tertium iſte non ſunt eiuſdē forme homo eſt albus et homo fuit albus. propter quarꝫ. ſūt conſequentie de celarent et ceſare non eiuſdē forme. propter quintum iſte non ſunt eiuſdē forme. hōminem impoſſibile eſt currere ⁊ hoīem neceſſe eſt currere. ⁊ ꝓpter ſextū iſte nō ſunt eiuſdē forme hō eſt albus hō eſt generādus: ⁊ omīa iſta faciunt ad variationē forme ꝯñe. Ex quo ſequit ꝙ nulla ꝯña pciſe tenēs ꝑ locū dialeticū eſt formalis ꝯña. addunt tamen aliqui modum ꝓferēdi cōitatem ⁊ ſingularitatem terminorum.

Arguitur primo ſic. quecūqꝫ concluſio q̄ pōt ꝯcludi in darij pōt etiā ꝯcludi ī barbara. ergo fruſtra ponit darij. ¶ Scdo ſic. nō ſeqt oīs ꝓpō ſi eſt neceſſaria eſt vera: iſta ꝓpō hō eſt aſin⁹ eſt ꝓpō ſi eſt neceſſaria. ergo eſt vera. ¶ Tertio ſic: in ferio arguit a diſtributo ad nō diſtributū. ergo: ferio nō eſt bona cōſequētia. añs patet. q2 mediū in maiori ſupponit confuſe et diſtributiue: ⁊ in minore ſupponit determinate.

Ad primum dicitur ꝙ cōſequentia nō valet. q2 alias ꝓbaret ꝙ nō eſſent ponende ſcda nec tertia figure cū illa q̄ ꝯcludūtur in ſcda ⁊ tertia figuris poſſint ꝯcludi in prima. ¶ Ad ſcōm dicit ſicut dictū eſt in pmo notabili ¶ Dr ad tertiū ꝙ nō oīs diſtributio ad n̄ diſtributū ipedit bonitatē ꝯñtie ſꝫ ſolū diſtributio q̄ ſe tꝫ ex pte extremitatū ſꝫ nō ex pte medij.

Baralipton quintus modus conſtat ex duabus vniuerſalib⁹ affirmatiuis particularem affirmatiuā indirecte cōcludētib⁹. vt oīe aīal eſt ſubſtantia: oīs homo ē animal: ergo quedam ſubſtātia ē homo. Et reducit ad primū modum prime figure per conuerſionē concluſionis per accidēs. ¶ Celātes ſextus modus cōſtat ex maiore vli negatiua: ⁊ minore vniuerſali affirmatiua vlem negatiuam indirecte cōcludentibus: vt nullū aīal ē lapis: oīs homo ē aīal: ergo nullus lapis eſt homo. Et reducitur ad ſcōm modū prime figure cōcluſione cōuerſa ſimplr. ¶ Dabitis ſeptim⁹ mod⁹ ꝯſtat ex maiore vli affirmatiua ⁊ miore particulari affirmatiua: particularem affirmatiuā indirecte concludentibus: vt oīe aīal eſt ſubſtantia quidā homo eſt aīal: ergo quedā ſubſtantia ē homo ⁊ reducitur ad tertiū modum prime figure cōcluſione conuerſa ſimpliciter. ¶ Fapeſmo octauus modus conſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua ⁊ minore vli negatiua pticularem negatiuā indirecte concludentibus: vt oīe aīal ē ſubſtātia. nullus lapis ē aīal: ergo quedā ſubſtantia non ē lapis: ⁊ reducitur ad quartum modū prime figure maiore conuerſa per accidēs: ⁊ minore ſimpliciter: ⁊ per trāſpoſitionē premiſſarum ¶ Friſeſomorꝫ nonus modus ꝯſtat ex maiore particulari affirmatiua et minore vniuerſali negatiua particularē negatiuā idirecte ꝯcludētib⁹: vt

qōdā aīal ē ſuba null⁹ lapis eſt aīal. ergo quedā ſubſtantia non eſt lapis et reducitur iſte modus ad quartum modum prime figure maiore ꝛ minore conuerſis ſimpliciter: et per trāſpoſitionem premiſſarum.

Baralipton.

¶ Sciendū eſt primo ꝙ primus modus indirecte cōcludēs eſt baralipton conſtans ex duabus vlibus affirmatiuis ꝑticularē affirmatiuā indirecte ꝯcludētib⁹: ꝛ reducitur ad barbara cū ſit modus īperfectus ꝛ ineuidens: quia īmediate nō regulaṫ per dici de omī: qꝛ illud qḋ dr̄ de medio in maiori nō dr̄ de minori extremitate in cōcluſione: ideo reduciṫ ad barbara hoc mō. quia ad p̄miſſas de baralipton ſequuntur p̄miſſe de barbara cum ſint eedē. ꝛ ad cōcluſionē de barbara ſequiṫ ꝑ cōuerſionē ꝑ accidens ꝑticularis affirmatiua. ergo ad p̄miſſas de baraliptō ſeqṫ particularis affirmatiua: quia q̄cquid ſequitur ad ꝯñs bone ꝯñtie ſeqtur ad eius añs. Ex quo ſequitur falſitas illorum q̄ dicebāt ꝙ baraliptō reducebaṫ ad barbara: cōcluſione de baraliptō cōuerſa ꝑ accidēs. ¶ Aduerte ꝙ triplex eſt modus reducēdi ſillogiſmos īperfectos ad perfectos. ſcꝫ ꝑ cōuerſionē ꝑ tranſpōnem p̄miſſarum et ꝑ impoſſibile: ꝛ ſunt quattuor littere iſta denotātes ſcꝫ s. ꝑ quā oſtēditur ꝙ modus reduciṫ ꝑ ꝯuerſionē ſimplicē alicu⁹ p̄miſſe vel cōcluſionis. per p. oſtēditur ꝙ modus reduciṫ ꝑ conuerſionē ꝑ accidēs alicu⁹ p̄miſſe vel cōcluſionis: ꝑ m. ꝙ fiat tranſpoſitio premiſſarū: per c. poſitū alibi q̄ in principio oſtenditur ꝙ fiat reductio per impoſſibile.

Quot modis imperfecti reducuntur ad imperfectos.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ celantes ē modus conſtās ex vli negatiua maiore vli affirmatiua minore vlem negatiuā indirecte cōcludentibus ꝛ reduciṫ ad celarent ꝑ cōuerſionem ſimplicem cōcluſionis de celarent nō ꝙ de celātes fiat celarent: quia eodē mō de celarent fierꝫ celantes. ſed eſt ꝓbare celantes eſſe formalem cōſequentiā per celarent: ꝛ hoc per cōuerſionē ſimplicē ꝯcluſionis de celarent. ꝛ fit hoc mō: nā ad p̄miſſas de celātes ſequūṫ p̄miſſe de celarēt. Et ad p̄miſſas de celarēt ſequiṫ concluſio de celarent. ꝛ ad ꝯcluſionē de celarēt ſeqtur ꝯcluſio de celantes ꝑ ꝯuerſionē ſimplicē. g̃ talis ꝯcluſio etiā ſequitur ad premiſſas de celantes: qꝛ quicquid ſequitur ad ꝯñs bone ꝯñe: ſequitur ad e⁹ antecedēs. Sed dabitis eſt mod⁹ ꝯſtans ex maiore vli affirmatiua minore ꝑticulari affirmatiua: particularē affirmatiuā indirecte ꝯcludentibus ꝛ reduciṫ ad darij per ꝯuerſionem cōcluſionis de darij ſimpliciter. nam ad premiſſas ꝺ darij formaliter ſequitur cōcluſio de darij: qꝛ ſunt eedē premiſſe. et ad ꝯcluſionē de darij formaliter ſequiṫ cōcluſio de dabitis. g̃ de primo ad vltimū ad premiſſas de dabitis ſequitur concluſio de dabitis.

De celātes ꝛ reductione ipſius. Fapeſmo quō reducitur

Sciendū eſt tertio ꝙ fapeſmo reducitur ad ferio ꝑ ꝯuerſionē maiorꝫ ꝺ fapeſmo per accñs et minore ſimpliciter. et per tranſpoſitionē premiſſarū. nam ad premiſſas de fapeſmo formaliter ſequunṫ premiſſe de ferio: qꝛ ad maiorēꝫ de fapeſmo ꝑ cōuerſionē per accidens ſequitur minor de ferio. et ad minorē de fapeſmo ꝑ ꝯuerſionē ſimplicem ſequitur maior. ꝛ ad premiſſas de ferio ſequitur ꝯcluſio de fapeſmo que eſt eadē ſicut illa de ferio. g̃ de primo ad vltimum ad premiſſas de fapeſmo: ſequitur ꝯcluſio de fapeſmo. ſed friſeſomorꝫ vltimus modus reducitur ad ferio per cōuerſionē ſimplicē ambarum premiſſaꝝ de friſeſomorꝫ et per tranſpoſitionē earū et ad premiſſas de friſeſomorū formaliter ſequunṫ premiſſe de ferio. et ad maiorē de friſeſomorꝫ ſequitur minor de ferio per ꝯuerſionē ſimplicem et ad minorē ſequitur maior ꝺ ferio etiā per cōuerſionē ſimplicē et ad premiſſas de ferio ſeqtur cōcluſio de friſeſomorꝫ cum ſit eadē cum concluſione de ferio: g̃ de p̄mo ad vltimum ad premiſſas de friſoſemorum ſequiṫ concluſio de friſeſomorum.

Friſeſomorꝫ quō reduciṫ.

Arguiṫ primo non ſequitur omne animal ſubſtātia nō eſt. omnis homo eſt aīal. ergo nulla ſubſtantia eſt homo: ꝛ tū arguitur in celātes: igitur. Scḋo ſic: nō ſequiṫ omē currēs eſt aſinus oīs homo eſt currēs: ergo q̄dam aſinus eſt homo cū concluſio ſit impoſſibilis ꝛ premiſſe ſunt poſſibiles. ꝛ tamen arguiṫ in baralipton. ¶ Tertio ſic: nō ſequitur omne natū eſt. adam eſt natus: ergo adam eſt.

Ad primū dr̄ ꝙ ibi arguitur a non diſtributo ad diſtributū ideo nō eſt in celantes. ¶ Ad ſcḋm diciṫ ꝙ ſillogiſmus eſt bon⁹: ꝛ quādo diciṫ ꝙ concluſio eſt impoſſibilis cōceditur et etiam dico ꝙ totū antecedens quod eſt vna copulatiua cōpoſita ex maiore ꝛ minore eſt impoſſibilis cū hoc tamē ſtat ꝙ taꝫ maior ꝙ minor ſunt ꝓpoſitiones poſſibiles. ¶ Ad tertium dr̄ ꝙ nō ſequiṫ: qꝛ ambe p̄miſſe ſunt vere ꝛ concluſio eſt falſa ꝛ defectus eſt: qꝛ natum in maiori ſtat reſtrictē pro natis qui ſunt. et in minori indifferenter pro natis qui ſunt ꝛ fuerūt ꝛ etiam ibi arguiṫ a magis amplo ad minus amplum. nam adā in minori ſtat ꝓ p̄ñtibus ꝛ p̄teritis. et in cōcluſione ſolum ſtat pro preſentibus.

Sequitur ſecunda figura cuius tales dantur regule. In ſecunda figura maiore exiſtente particulari nihil ſequitur. Iteꝫ in ſecunda figura ex puris affirmatiuis nihil ſeqtur. In ſecūda figura ſemꝑ cōcluditur negatiue. Scḋa figura quattuor hꝫ modos Ceſare prim⁹ mod⁹ ꝯſtat ex maiore vli negatiua ꝛ minore vli affirmatiua vlem affirmatiuā directe cōcludētibus. vt nullus lapis eſt aīal: oīs hō eſt aīal: ergo nullus hō eſt lapis. Et reducitur iſte modus ad ſecū..ū mo-

dū p̄ie figure maiore ꝯuerſa ſimplr.

Regule ſcde figure.

¶ Sciēdum eſt primo ꝙ poſtq̄ determiatū eſt de prima figura ⁊ eiꝰ modis. ꝯñter determinandum eſt de ſcda figura in qua mediuȝ p̄dicat̄ in vtraq; .ſ. in maiori ⁊ in minori. ⁊ de ipa dantur tres regule. ¶ Prima: maiore exiſtēte particulari in ſcda figura nihil ſequit̄. quia tunc argueretur a nō diſtributo ad diſtributū ex pte maioris extremitatis: quia in maiori nō diſtribueretur: ⁊ tñ in ↄ̄cluſione diſtribueret̄ cum eſſȝ p̄dicatum propōnis negatiue etiam eſſent dabiles termini in quibꝰ oñi ⁊ in quibꝰ nulli. Et oȝ intelligi iſta regula dūmō ꝯcluſio nō ſit d̄ mō loquēdi incōſueto: ⁊ dūmō ꝯcludat̄ directe: q: ſi concluderet̄ indirecte: tūc bene ſequit̄ vt pȝ de friſeſomorū qui pōt fieri in ſcda figura. vñ ſi ↄ̄cludatur ꝯcluſio de mō loquēdi incōſueta bene ſequitur: quia tunc nō arguit̄ a non diſtributo ad diſtributū. debet etiā intelligi dūmō mediū non ſingulariſetur vel diſtribuatur vel in minori nō ſumatur cum relatiuo idēptitatis: quia tunc illis modis bñ ſeq̄ret̄ maiori exiſtēte p̄ticulari.

Sciendum eſt ſecūdo ꝙ ſcda regula talis eſt ꝙ ex puris affirmatiuis in ſcda figura nihil ſequit̄: quia tunc mediū in nulla p̄miſſarum diſtribueret̄ cum eſſet p̄dicatuȝ ꝓpōnis affirmatiue. ⁊ debet intelligi iſta regula dūmodo mediū nō diſtribuat̄: quia ſi diſtribueret̄: tūc bene ſeq̄ret̄: vt ſic arguēdo oīs hō eſt oē aīal: oē riſibile eſt anial. ergo oē riſibile eſt hō. Et debet intelligi dūmō mediū nō ſingulariſetur: q: tunc bene ſeq̄retur cum eſſet ſillogiſmus expoſitorius: vt ſic arguēdo aīal eſt ſortes omīs homo eſt ſortes: ergo omnis homo eſt animal: debet etiam intelligi dūmodo medium non ſumatur cum relatiuo idētitatis in minori. quia tunc bene ſequeretur: vt ſic arguendo: omnis homo eſt animal: omnis aſinus eſt idem animal. ergo omnis aſinus eſt homo. ¶ Tertia regula eſt in ſcda figura ſemper concluditur negatiue: quia in ſcda figura ſemper alteraꝰ premiſſarum debȝ eſſe negatiua: quia in ea ex puris affirmatiuis nihil ſequitur. Modo ſi aliqua premiſſarū fuerit negatiua concluſio debet eſſe negatiua. Et debet ſic intelligi iſta regula dūmodo medium nō diſtribuatur vel ſingulariſetur vel ſumatur in minori cum relatiuo identitatis ſicut in ſcda regula ⁊ tamen bene ſequitur.

Sciēdū eſt tertio ꝙ quattuor ſunt modi ſecunde figure directe concludentes quorum ceſare eſt primꝰ cōſtās ex maiore vniuerſali negatiua. et minore vniuerſali affirmatiua: vniuerſalem negatiuaȝ directe concludentibus et reducitur ad celarent maiore de ceſare ꝯuerſa ſimplr. nam ad premiſſas de ceſare per conuerſionem maioris ſimpliciter ſequunt̄ p̄miſſe de celarent. Et ad premiſſas de celarent ſequit̄ concluſio de celarent. et ad concluſionem de celarent ſequitur concluſio de ceſare. ergo de primo ad vltimū ad premiſſas de ceſare ſequitur concluſio de ceſare. ¶ Et aduerte ꝙ modi ſecūde figure ſunt impfecti et incuidentes eo ꝙ nullus regulat̄ per dici de omni vel p dici de nullo cum illud quod predicatur in maiori nō predicetur in ↄ̄cluſione. ideo reducuntur ad modos prime figure tanq̄ ad modos euidentes. vñ aliquem modum reduci ad alium nō eſt de vno facere alium. ſed eſt conſequentiaȝ vel incuidentiam vnius oſtendere per ꝯñam vel incuidētiā alterius. reducitur etiaȝ ad ferio per īpoſſibile accipiendo ↄ̄dictoriū concluſionis pro minore et maiorem pro maiore inferendo oppoſitum alterius premiſſe. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ aliquē modum reduci per impoſſibile nō eſt aliud q̄ ex oppoſito contrario vel contradictorio concluſiōis cum altera premiſſarū inferre oppoſitū alterius premiſſe ⁊ eſt vtilis ad oſtendendū bonitatem ꝯñe. ſȝ nō euidentiā. Ex quo ſeq̄tur ꝙ oēs modi trium figurarum poſſunt reduci iſto modo per impoſſibile.

Quid eſt reducere vnū modum ad alium.

Quid eſt reducere p impoſſibile.

Arguitur primo ſic bene ſequitur quoddam aīal nō eſt aſinꝰ oē rudibile eſt aſinus: g̃ quoddā aīal nō eſt rudibile. ⁊ tñ arguit̄ maiore exñte particulari. igit̄. ¶ Scdo ſic. non ſeq̄tur nulla ꝓpō eſt vera qñ eſt falſa. oīs ꝓpō impoſſibilis eſt falſa: g̃ nulla ꝓpoſitio impoſſibilis eſt ꝓpoſitio. ⁊ tñ arguit̄ in ceſare: igitur. ¶ Tertio ſic: nō ſequit̄ nulla ꝓpō affirmatiua eſt negatiua cuiuſlibȝ ꝯtradictionis altera ps eſt negatiua. ergo nullius contradictionis altera pars eſt affirmatiua.

Ad primū d̄: ꝙ maiore exiſtente p̄ticulari in ſcda figura bñ ſequit̄ ſi indirecte ↄ̄cludat̄. ¶ Ad ſcdm dicit̄ ꝙ nō bñ arguit̄ in ceſare cū medium in plus ſe habeat in maiori q̄ in minori. ¶ Ad tertium d̄: ꝙ ibi arguit̄ a non diſtributo ad diſtributum: ideo deberet ſic concludi: ergo cuiuſlibet cōtradictionis altera ps non eſt affirmatiua.

Cameſtres ſecūdus modus cōſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua et minore vniuerſali negatiua. vniuerſalem negatiuā directe concludentibus: vt omnis homo eſt animal nullus lapis eſt animal. ergo nullus lapis eſt homo: ⁊ reducitur iſte modꝰ ad ſecūdum modū prime figure minore ⁊ concluſione conuerſis ſimpliciter ⁊ per tranſpoſitionē premiſſarum. Feſtino tertius modus conſtat ex maiore vniuerſali negatiua ⁊ minore particulari affirmatiua particularem negatiuam directe concludentibus vt nullus lapis eſt animal quidam homo eſt animal: ergo qui-

dam homo nō eſt lapis. et reducitur iſte modus ad quartū modū prime figure maiore ꝯuerſa ſimplr̄. Baroco quartus modus cōſtat ex maiore vl̄i affirmatiua et minore particulari negatiua particularē negatiuā directe ꝯcludentibꝰ: vt oīs homo eſt animal quidā lapis nō eſt animal: ꝫ quidam lapis non ē homo. et reducitur ad primum modum prime figure ꝑ impoſſibile. Reducere aūt per impoſſibile eſt ex oppoſito cōcluſionis cum altera premiſſarum inferre oppoſitū alterius premiſſe. Sumatur enī oppoſitum cōcluſionis. ſ. oīs lapis eſt homo cū maiore huiꝰ quarti ſcꝫ cū iſta omnis homo eſt animal. ſic arguetur omnis homo ē animal: oīs lapis ē homo: ergo oīs lapis ē animal. Sequit̄ de tertia figura cuiꝰ tales dant̄ regule. In tertia figura minore exiſtēte negatiua nihil ſequit̄. Item in tertia figura cōcluſio debꝫ eſſe particularis Tertia figura ſex habet modos. Darapti primus modꝰ ꝯſtat ex vl̄i affirmatiua maiore et vl̄i affirmatiua minore ꝑticularē affirmatiuā concludē tibus directe vt oīs homo eſt ſubſtā tia. oīs homo eſt aīal. ergo quoddaꝫ animal eſt ſubſtātia. et reducitur ad tertiū modū prime figure minore cō uerſa per accidens. Felapton ſecundus modus ꝯſtat ex vl̄i negatiua maiore et vniuerſali affirmatiua minore: particularē negatiuā directe concludētibus. vt nullꝰ hō eſt lapis. oīs homo eſt aīal. ergo qđdā animal non eſt lapis. et reducit̄ ad quartū modū prime figure minore ꝯuerſa ꝑ accñs

De cameſtres et reductione eius. ¶ Primo ſciendū eſt ꝙ cameſtres qui ꝯſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua ⁊ minore vniuerſali negatiua vl̄em negatiuā directe cōcludentibus reducitur ad celarent ꝑ cōuerſionem ſimplicē minoris de cameſtres et tranſpoſitionē ꝑmiſſarū et per cōuerſionem ſimplicē cōcluſiōis de celarent. naꝫ ad ꝑmiſſas de cameſtres ſequū tur premiſſe de celarent cōuertendo minorem de cameſtres ꝑ ꝯuerſionem ſimplicē et trāſponendo premiſſas. Et ad premiſſas de celarēt ſequitur ꝯcluſio de celarent. ⁊ ad cōcluſionē de celarent per ꝯuerſionē ſimplicē ſequitur cōcluſio de cameſtres. ꝫ de primo ad vltimū ad premiſſas de cameſtres ſequit̄ concluſio de cameſtres oꝫ etiā reduci ad darij per impoſſibile capiēdo cōtradictoriū cōcluſionis pro minore ⁊ maiorē pro maiore inferendo oppoſitū alterius ꝑmiſſe. Sed feſtino qui cōſtat ex vl̄i negatiua maiore et minore particulari affirmatiua particularē negatiuā directe concludentibus reducitur ad ferio minore cōuerſa ſimpliciter. cuiꝰ practica eſt ſicut in alijs ſed ꝑ impoſſibile reducit̄ ad celarent practicando etiā ſicut in alijs. *Feſtino.* Sꝫ baroco qui ꝯſtat ex vl̄i affirmatiua maiore et minore particulari negatiua particularē negatiuaꝫ directe cōcludentibus ſolū reducit̄ per īpoſſibile ad barbara que reductio ꝑ impoſſibile eſt ſicut in alijs ad oñdendū bonitateꝫ alicuius ꝯñe. *Baroco*

Sciendū eſt ſecundo ꝙ poſtꝗ determinatuꝫ eſt de ſcđa figura hic conſequenter determinandū eſt de tertia figura ī qua mediuꝫ ſubijciuntur in vtraqꝫ. Et eius dātur due regle ſpeciales. Prīa. minore exiſtente negatiua in tertia figura nihil ſequit̄ q: tunc argueret̄ a nō diſtributo ad diſtributū ex parte maioris extremitatis que nō diſtribuitur in maiori cū oporteret maiorē eſſe affirmatiuā: q: ex puris negatiuis nihil ſequit̄ et tamē in ꝯcluſione bene diſtribueretur cū eſſet ꝑdicatum ꝓpoſitionis negatiue nā oporteret cōcluſionē eſſe negatiuā ꝑ vnaꝫ regulā generalē. ſi aliq̄ ꝑmiſſarū fuerit negatiua cōcluſio debet eſſe negatiua. Etiaꝫ eſſent dabiles termini in quibus omni ⁊ in quibꝰ nulli. Et debꝫ intelligi iſta regula dūmō caueatur ꝙ nō arguatur a nō diſtributo ad diſtributū. q: tunc bene ſequeret̄ cōcludēdo concluſionē de modo loquendi incōſueto. Secūda regula in tertia figura ſemꝑ concluditur particulariter: q: alias argueret̄ a nō diſtributo ad diſtributum ex ꝑte minoris extremitatis q̄ in minori ꝑmiſſa nō diſtribuitur: q: eſt predicatū ꝓpōnis affirmatiue per primā regulā et tamen in ꝯcluſione bene diſtribueret̄ cum eſſet ſubiectum ꝓpōnis vl̄is. Et debet intelligi iſta regula dūmō minor extremitas nō diſtribuatur in minori.

Sciendum eſt tertio ꝙ tertie figure ſex ſunt modi. ſ. darapti. felaptō. diſamis. datiſi. bocardo. ⁊ feriſon. vñ darapti eſt modus cōſtans ex ambabꝰ vl̄ibus affirmatiuis ꝑticularē affirmatiuā directe ꝯcludentibꝰ cuius exemplū patet ſatis in textu et reducitur ad darij minore conuerſa per accidens. Nam ad premiſſas d darapti ſequuntur premiſſe de darij minore cōuerſa per accidens. et ad premiſſas de darij ſequitur concluſio de darij que eſt eadem cū ꝯcluſione de darapti. ꝫ de primo ad vltimū ad premiſſas de darapti ſequit̄ ꝯcluſio de darapti. ſꝫ ꝑ īpoſſibile reducit̄ ad celarēt capiēdo ꝯdictoriū ꝯcluſionis ꝓ maiore ⁊ minorē ꝓ minore inferendo oppoſitū alteriꝰ ꝑmiſſe. Et aduerte ꝙ ad bene arguendū in darapti oꝫ cauere ꝙ ꝑciſe *Quot ſunt modi tertie figure*

ſubiectū diſtributionis maioris ſit totum ſubie
ctum minoris et nihil aliud.tū nō ſequit̄ cuiuſ
libet hoīs oculus eſt dexter.cuiuſlibet hoīs ocul⁹
eſt ſiniſter.ḡ ſiniſtrum eſt dextrū.Sed felapton
reducitur ad ferio minore ↄuerſa per accidens
faciendo ſicut in alijs:ſed ꝑ īpoſſibile reducitur
ad barbara eodē mō ſicut darapti.

Arguitur ſic pͥmo nō ſequitur nul
la albedo eſt nigredo oīs homo natus eſt ſuſci
pere nigredinē.ḡ nullus homo natus eſt ſuſci
pere albedinē.Secūdo ſic in cameſtres arguit̄
a nō diſtributo ad diſtributū cū medium in ma
iore non diſtribuatur et eſt diſtribuit̄ in minore
igitur.¶Tertio ſic.nō ſequitur ī darapti cuiuſ
libet hoīs eſt aſinus:cuiuſlibꝫ hoīs eſt equus.ḡ
equus eſt aſinus cū premiſſe in aliquo caſu ſint
vere et ↄcluſio impoſſibilis

Ad primū dicitur ꝙ nō bene argui
tur in ceſare q: variat habitudo abſtracti in ha
bitudinē ↄcreti etiam in plus ſe habet predica
tum minoris ꝙ mediū.¶Ad ſecundū dr̄ ꝙ in
cameſtres nō eſt incōueniens arguere a non di
ſtributo ad diſtributū in premiſſis ex parte me
dij licet bene in cōcluſione et parte extremitatū
ideo nō valet argumentū.¶Ad tertiū dicit̄ ꝙ
non bene arguitur in darapti in eo ꝙ illō quod
eſt ſubiectū diſtributionis in maiori nō eſt tota
le ſubiectum minoris.ſed ſic deberem⁹ arguere
cuiuſlibꝫ hominis eſt aſinus.oīs homo eſt equ⁹
ergo alicui⁹ equi eſt aſinus.

Diſamis tertius modus cōſtat ex
ꝑticulari affirmatiua maiore ꝛ vli af
firmatiua minore.ꝑticularē affirma
tiuā directe cōcludentib⁹:vt q̄daꝫ hō
ē ſuba:omīs hō ē aīal:ḡ quoddā aīal
eſt ſuba et reducitur ad tertiū modū
prime figure maiore ꝛ minore cōuer
ſis ſimpliciter ꝛ per tranſpōnem pre
miſſarū.Datiſi quartus modus con
ſtat ex vli affirmatiua maiore ꝛ ꝑti
culari affirmatiua minore ꝑticulareꝫ
affirātiuā directe ↄcludētib⁹: vt oīs
hō ē ſuba.q̄dā homo eſt animal:ergo
qddā aīal ē ſuba et reducit̄ iſte mod⁹
ad tˀtiū modū pͥe figure miore ↄuer
ſa ſimplr̄.Bocardo quint⁹ mod⁹ cō
ſtat ex maiore particulari negatiua ꝛ
minore vli affirmatiua particulareꝫ
negatiuā directe ↄcludentib⁹.vt qui
daꝫ hō nō ē lapis:oīs hō ē aīal.ḡ qd
dā aīal nō ē lapis.et reducit̄ ad pͥmū
modū pͥme figure ꝑ īpoſſibile.Sūat̄
eīm oppōm ↄdictoriū ↄcluſiōis cū al
tera ꝑmiſſaꝝ.ꝛ īferet̄ oppōm alteri⁹
premiſſe:vt oē aīal ē ē lapis.oīs hō ē
aīal:ḡ oīs hō ē lapis.Hec eīm ↄcluſio
facta ꝑ īpoſſibile ī pͥo mō pͥme figu
re.ↄdicit maiori ↄuertēti.ſ.tˀtie figu
re.Feriſon ſext⁹ mod⁹ ↄſtat ex maio
re vli negatiā ꝛ miore ꝑticulari affir
matiā ꝑticularē negatiuā directe cō
cludētib⁹:vt null⁹ hō ē lapis:q̄dā hō
ē animal ḡ qddā aīal nō eſt lapis.Et
reducitur ad q̄rtū modū pͥme figure
minore cōuerſa ſimpliciter.

De diſamis reductione.

¶Primo ſciendū eſt ꝙ diſamis tertius mod⁹
reducitur ad darij maiore et concluſione con
uerſis ſimpliciter et per tranſpoſitionem pre
miſſarum cuius practica eſt ſatis clara.ſed per
impoſſibile reducit̄ ad celarent capiēdo oppōm
cōtradictoriū ↄcluſionis pro maiore et minorē
pro minore inferendo oppoſitū alterius pͥmiſſe
ſcꝫ maioris.Et aduerte ꝙ ad hoc ꝙ fiat bon⁹ ſil
logiſmus in diſamis requiritur ꝙ preciſe ſubm
diſtributionis minoris ſit totū ſubm enūciatio
nis maioris ideo nō ſequitur alicui⁹ ꝓpoſitiōis
eſt ſubm cuiſlibet ꝓpoſitionis eſt predicatū.er
go predicatum eſt ſubiectum.ſed datiſi reduci
tur ad darij minore conuerſa ſimpliciter cuius
practica ſatis patet.Et aduerte ꝙ datiſi pōt cō
cludere indirecte ſicut directe.q: omīs modus
cuius cōcluſio poteſt cōuerti ſimplr̄ poteſt con
cludere tam directe ꝙ indirecte.ſed per impoſ
ſibile reducitur ad ferio eodem modo ſicut alij
tertie figure.ſꝫ bocardo ſolū ꝑ īpoſſibile r̄ducit̄
ad barbara faciēdo ſic ī alijs modis tˀtie figure.

Datiſi.

Bocardo.

Sciendum eſt ſcḋo ꝙ feriſon redu
citur ad ferio minore cōuerſa ſimpliciter cuius
practica patet ſicut de alijs.ſed per impoſſibile
reducit̄ ad darij accipiendo oppſitū ↄtradicto
rium cōcluſionis pro maiore et minorē pro mi
nore inferēdo oppoſitū maioris q̄admoduꝫ fit
in omnib⁹ modis tertie figure.Et eſt aduerten
dum ꝙ iſti ſillogiſmi tertie figure poſſunt etiā
probari per ſillogiſmuꝫ expoſitoriū:vnde ſillo
giſmus expoſitori⁹ eſt cui⁹ mediū eſt ſingulare
ſingulariter et vniuoce tētū.vt ſortes eſt hō.ſor
tes eſt animal.ḡ animal eſt homo.Et poteſt ſic
practicari.nā ad pͥmiſſas d̄ darapti ſequūt̄ pre
miſſe ſillogiſmi expoſitorij vt ad iſtā oīs homo
eſt animal.ſequitur iſta iſte hō eſt animal.et ad
iſtā omnis hō eſt ſuba ſequitur iſta:iſte homo ē
ſubſtantia.ad quas ſequit̄ iſta ſuba eſt animal
que eſt cōcluſio de darapti.ꝛ faciliter poſſꝫ pra
cticari in alijs modis.vt videbitur in logica.

Feriſon.

Sciendū ē tertio ꝙ ſillogiſmus ex
poſitorius eſt duplex.ſ.affirmatiuus et negati
uus.affirmatiuus eſt cui⁹ ambe premiſſe ſūt af
firmatiue.negatiu⁹ eſt cuius altera premiſſa
rum eſt negatiua et etiā ↄcluſio.Et licꝫ aliquis
ſillogiſmus ſit negatiu⁹.tamē quilibet ſillogiſ
mus eſt propō ypothetica affirmatiā niſi copu

Sillus expoſitorius ē duplex.

Cōditio nes ad ſil logiſmū expoſito rium req ſite.

la prīcipalis negetur.ſ.ḡ. ¶ Aduerte q̄ ad hoc ꝙ ſit bon⁹ ſillus expoſitori⁹ ſiue affirātiu⁹ ſiue negatiu⁹ tres ꝯditiões reqrunt. Pria ē ꝙ me dium ſit termin⁹ ſingularis ſingulariter ⁊ vni uoce tēt⁹ defectu cui⁹ ibi nō eſt bon⁹ ſillogiſm⁹ expoſitori⁹ iſte hō vel aſin⁹ eſt aſinus iſte homo vel aſinus eſt homo:ḡ homo eſt aſin⁹:q: ſolum pars diſiuncti ſingulariſatur.ſed ſi totū ſingu lariſet ⁊ vniuoce caperetur.tunc bn̄ ſequeretur ſed cōcluſio eſſet falſa.⁊ ſimiliter aliq̄ pmiſſaꝝ Scd̄a ꝯditio eſt ꝙ mediū in altera pmiſſarū ſit totale extremū defectu cui⁹ nō ſequit iſtius ho minis eſt oculus dexter : iſtius hoīs oculus eſt ſiniſter.ḡ ſiniſtrum eſt dextrū . Tertia cōditio ꝙ a premiſſa affirmatiua in qua ponit termin⁹ ſingularis ſequat vna de omni ⁊ a premiſſa ne gatiua ſeqtur vna de nullo defectu cuius nō ſe quitur iſta eſſentia diuina eſt pater. iſta eſſen tia diuina eſt filius:ḡ filius eſt pater.

Arguitur pmō ſic.nō ſeqtur quedā hoīem aīal nō videt.oēm hoīem videt equus: ergo equus nō eſt aīal. ¶ Scd̄o ſic:nulla ꝓpō q: eſt falſa eſt ꝓpoſitio: q̄dam ꝓpoſitio eſt q̄ eſt falſa:ḡ q̄dam ꝓpoſitio falſa nō eſt ꝓpoſitio ¶ Tertio ſic:nō ſeqtur ſortes ē aīal ſortes nō eſt aſinus:ḡ aſinus nō eſt aīal:⁊ tamen eſt ſillo giſmus expoſitorius:igitur.

Ad pmum dr̄ ꝙ arguitur a non di ſtributo ad diſtributū ex pte maioris extremita tis. Ad ſcd̄m dr̄ ꝙ pōt cōcedi totum: nam ſi cō cluſio ſit falſa altera pmiſſaꝝ erit falſa:⁊ hoc ſi ly q: cōiungat inter termīos. ¶ Ad tertiu3 dr̄ ꝙ nō bene arguit expoſitorie:q: arguit a nō di ſtributo ad diſtributū ex pte maioris extremi tatis qd̄ etiā dʒ fugi ſicut in alijs ſillogiſmis.

Regule de ſillis cōcludē tibus in directe.

Sillogiſmoꝝ cōcludentiū particu larem negatiuā idirecte tales dant regule. Nullus ſillogiſm⁹ cōcludens pticulareʒ negatiuā idirecte pōt eā cōcludere directe. Et cōcludēs dire cte pōt cōcludere idirete. Item pma figura cōcludit oīa genera ꝓpōnum ſcʒ vl̄em pticularē affirmatiuā ⁊ ne gatiuā. Scd̄a figura cōcludit pticu larem negatiuā ⁊ vl̄em negatiuam. Tertia concludit particularem affir matiuam ⁊ negatiuam. verſus. Bar bara celarent darij ferio baralipton Celantes dabitiſ fapeſmo friſeſomo rum. Ceſare cameſtres feſtino baro co darapti. Felapton diſamis: dati ſi bocardo feriſon. In his quattuor verſibus predictis ſunt nouēdecim dictiones nouēdecim modis deſer uientes: ita ꝙ per primam dictionē intelligitur primus modus prime fi gure: ⁊ per ſecundam ſecundus mo dus ⁊c. Unde primi duo verſus de ſeruiūt omnibus modis prime figure Terti⁹ vero verſus pter vltimā ei⁹ dictionē deſeruit modis ſcd̄e figure ita ꝙ prima dictio deſeruit prīo mō et ſcd̄a ſcd̄o mō ⁊ ſic de alijs . Ultia vero dictio tertij verſus cū alijs di ctionib⁹ quarti verſus deſeruit mo dis tertie figure . Sciendum ꝙ per vocales.ſ.a.e.i.⁊ o.itelligunt q̄ttuor genera ꝓpōnum.ita ꝙ p hanc voca lem a itelligit vl̄is affirmatiā: ⁊ p e. vl̄is negatiā.⁊ p i.particulariſ affir matiā.⁊ p o.particulariſ negatiā. Et in qualibet dictione ſunt tres ſillabe et aliud reſiduū eſt ſupfluum:niſi m. vt poſtea patebit. Et p primā illarū ſillabaꝝ itelligitur maior ꝓpō:⁊ per ſcd̄am minor:⁊ p tertiā ꝯcluſio. Uerbi grā prima dictio.ſ. barbara hʒ tres ſillabas in quaꝝ qualibet ponit a. ⁊ per a.ter poſituʒ ſignificat ꝙ prim⁹ mod⁹ prīe figure cōſtat ex duab⁹ ꝓ pōnibus vl̄ibus affirmatis vl̄em af firmatiuā ꝯcludētib⁹. Et ita itelligi tur de alijs dictiōib⁹ ſm̄ vocales ibi poſitas. Et ſciendū eſt ꝙ q̄ttuor di ctiões primi vſ̄us icipiūt ab his ꝯſo nātib⁹.b.c.d.⁊ f. ⁊ oēs alie dictiōes ſequētes ⁊ p hoc itelligēdū ē ꝙ oēs q̄ icipiūt p dictionē icboatā p b.dn̄t reduci ad prim modū prime figure. et oēs q̄ icipiūt p dictionē icboataʒ p c.ad ſcd̄m.⁊ p d.ad tertiū.⁊ p f. ad q̄rtū. Itē vbicūq3 ponit s. in illa di ctione ſignificat ꝙ ꝓpō itellecta per vocalē imediate pcedētē dʒ cōuerti ſimplr̄:⁊ ꝓpō intellecta per vocaleʒ imediate pcedentē iſtā litteraʒ p. dʒ cōuerti p acciñs:⁊ vbicūq3 ponit m. dʒ fieri trāſpō in pmiſſis. Eſt ei trāſ pō in pmiſſis facere de maiore mio reʒ ⁊ econuerſo:⁊ vbicūq3 ponitur c.

ſignificatur q̄ modus intellectus ꝑ illam dictionē in qua ponit̃ debet reduci ꝑ impoſſibile. viii verſus. Simpliciter vult s. verti p. vero ꝑ acci. M vult trāſponi c. ꝑ impoſſibile duci. Seruat maiorē variatq; ſecunda miorē. Tertia maiorē variat: ſeruat q; miorē. Sed q2 ariſtoteles in prioribus oſtendit coniugationes in q̄bus nō ſeq̄tur cōcluſio ex p̄miſſis eſſe inutiles ꝑ inuentionē terminoꝝ in q̄bus nō tenet huiuſmodi cōiugatio: ideo vtilis eſt īuentio taliū terminoꝝ vbicūq; etiā fiat inutilis cōiugatio ꝯtra regulas ſillogiſmoꝝ pri9 aſſignatas accipiēdi igit̃ ſunt duo termi diuerſi ſcilꝫ due ſpēs ſub vno genere dr̄ia vel ꝓprio vel accidēte: vt hō aſinus aīal vel duo termi quoꝝ alter de altero p̄dicetur ſiue ꝯuertibiliter ſiue nō cū extraneo vtriuſq; vt hō riſibile lapis vel hō aīal lapis vel accipiendi ſunt duo termi quoꝝ alter de altero p̄dicetur ſiue ꝯuertibiliter ſiue nō cū ſuperiore ad vtrūq;: vt hō riſibile ſubā vel homo aīal ſubā ꝑ hanc eīm regulā diffinitiuā cuicūq; generi applicetur ſiue ſube ſiue q̄titati ſiue alicui alioꝝ ſemꝑ īueniūtur termi per quos inutilis cōiugatio demonſtrabitur non tenere: ⁊ tales terminos appellat ariſtoteles in priorib9 terminos in quibus non. Et nota q̄ inuenire terminos in q̄bus nō eſt acceptis trib9 terminis facere cōiugationem in qua premiſſe ſunt vere et concluſio falſa manēte eadē qualitate ⁊ q̄titate ꝓpoſitionuꝫ. verbi grā hic eſt inutilis ꝯiugatio. nullus hō eſt aſin9 nullus lapis eſt hō. ergo nullus lapis eſt aſinus. ⁊ iſti ſunt termini in q̄bus ſic. Cōtra hāc inutilē coniugationē accipiūtur termi in q̄bus nō. ꝑ ſcd̄m mēbꝛuꝫ regule hō riſibile aſin9: arguit̃ ſic: nullus aſin9 eſt hō: nullū riſibile eſt aſinus: ergo nullū riſibile eſt hō: ecce premiſſe ſunt vere et cōcluſio eſt falſa manēte eadē qlitate ⁊ q̄titate propoſitionuꝫ in vtraq; coniugatione et in vtrobiq; manente eadem figura.

Incipit quintus tractatus de locis dialecticis.

Ratio quot modis capit̃

r

Ratio dicit̃ multis modis Primo mō rō idēꝫ eſt q̄ diffinitio vel deſcriptio: vt hic vniuoca dicūtur quoꝝ nomē eſt cōe ⁊ rō ſube ſcđm illō nomē eſt eadē. Scđo mō eſt q̄dam virtus aīe. Tertio mō idē eſt q̄ orō oñdēs aliq̄d ſicut ſunt ꝓpōnes vl' rōnes diſputatiuē. Alio mō idē eſt q̄ forma materie: vt in cultello ferrū eſt materia diſpō vero īducta in ferro eſt forma Alio mō idēꝫ eſt q̄ eſſentia cōis p̄dicabilis de plurib9 vt eſſentia generis vel ſpēi vel dr̄ie. Alio mō idēꝫ eſt q̄ mediuꝫ īferēs ꝯcluſionē ⁊ hoc modo ſumit̃ rō in diffinitiōe argumēti que tal' eſt. Argumētū eſt rō rei dubie faciens fidē. i. mediū ꝓbās ꝯcluſionē cōcluſio eīm debꝫ cōfirmari ꝑ argumentū. Eſt aūt cōcluſio argumento vel argumentis ꝓbata ꝓpō: ſed anteq̄ ꝓbetur tūc eſt dubitabil': ⁊ eſt queſtio. Queſtio ſic diffinit̃. Queſtio ē dubitabil' ꝓpō. Mediū eſt qđ habꝫ duo extrema. Argumētatio eſt argumenti ꝑ orōnē explicatio. i. orō explicās argumentū. Differt aūt argumentū a medio ⁊ ab argumētatione q2 mediuꝫ dr̄ eo q̄ hꝫ duo extrema. argumentū aūt addit ſupra mediuꝫ virtutē ꝓbandi cōcluſionē. vnde ad hoc q̄ ſit argumentū exigit̃ q̄ ſit medium ⁊ q̄ habeat virtutē ꝓbādi ꝯcluſionē. Argumētatio aūt dr̄ total' orō cōpoſita ex p̄miſſis ⁊ cōcluſiōe: ⁊ in illa manifeſtat̃ virt9 argumēti. aliq̄n eīm tota orō pōt īferre vlēm affirmatiuā. aliq̄n nō: niſi particularem affirmatiuā: aliq̄n vlēm negatiuā: aliquā

quādo particularē negatiuā ⁊ ſic ma
nifeſtatur tota virtꝰ argumenti cum
oſtendit ſupra quā ꝯcluſionē pōt ipſ
argumentū. ⁊ ſupra quā nō pōt quod
qđā fit i argumētatōe vt priꝰ patuit.

Incipit quintus tractatꝰ in quo de
terminatur de locis dialecticis. nō
q̄ locus dialecticus ſit ſubiectū huiꝰ
tractatus ſed eſt ſillogiſmꝰ dialeti
cus. cuius paſſio ſupplетur per hoc
complexum generatiuū opinionis. Et eius ſūt
duplicia principia. ſ. materialia et regulatiua. ma
terialia ſunt ꝓpoſitiones dialetice et earū ter
mini. ſed regulatiua ſunt loci dialetice. i. maxie
dialetice. ſed quia argumentū diffinitur p̄ rōez
dicendo argumētum eſt ratio rei dubie faciens
fidem. ideo videndū eſt de equiuocatione huius
termini ratio qui ſex modis accipitur vt pꝫ in
textu. ſed ſexto mō accipitur pro diffinitione ar
gumēti puta q̄ tm̄ valet ſicut mediū. vel antece
dens alicuiꝰ ꝯſequē nc vel alicuiꝰ proceſſus ar
gumentatiui. Ex quo ſequit̄ q̄ diffinitio argu
menti ſic intelligitur. argumentū eſt ratio: id ē
medium ſiue aīs alicuiꝰ ꝯſequentie faciens fi
dem de re dubia ideſt de cuiꝰ noticia generatur
fides. i. verꝰ aſſenſus de concluſione que prius
erat dubia. Ex cuius noticia ⁊ noticia adheſiua
bonitatis ꝯñe generat̄ verus aſſenſus. Ex quo
patet q̄ non capitur hic fides pro noticia firma
alicuius ꝓpoſitiōis generata ex ſola auctoritate
dicentis: ſed capit̄ ibi fides pro aſſenſu ꝯcluſio
nis ſiue ſit gn̄atus per rōnē ſiue p̄ auctoritatē.

Sciēduꝫ eſt ſecundo q̄ concluſio
capitur dupliciter. vno mō large pro omni ꝓpo
ſitione illata ex antecedente in bona ꝯſequētia
ſiue illata ſit vera ſiue falſa. et ſic capit̄ cum di
citur in oī ſillogiſmo eſt ꝯcluſio: et ſic nō capit̄
hic. Alio mō capitur pro oī ꝓpoſitione vel ora
tione illata ex aliq̄ premiſſa vl̄ aliquibꝰ p̄miſſis
ipſam ꝓbātē vl̄ probantibꝰ. et ſic capit̄ hic. et ꝺe
bet ſic intelligi diffinitio. Cōcluſio eſt oratio il
lata ex aliqua premiſſa vel aliquibus premiſſis
ipſam probātē vel probantibus. Similiter que
ſtio capitur dupliciter. vno modo large pro omī
propoſitione ſumpta cuꝫ ſigno interrogatiuo ſi
ue illa propoſitio ſit vera ſiue falſa ſiue proba
bilis ſiue non q̄admodū eſt ibi queſtio. vtrū qđ
libet eſt vel nō eſt et ſic nō capit̄ hic. alio mō ca
pitur pro ꝓpoſitione dubia ſumpta cū ſigno du
bitatis ſiue queſitiuo per que argumentatio
nem poteſt fieri euidēs et manifeſta. et ſic capit̄
hic. et debet ſic intelligi eius diffinitio. Queſtio
eſt dubitabilis ꝓpoſitio cum ſigno dubitationis
et queſitiuo.

Concluſio quot modis capit̄

Sciendū ē tertio q̄ argumentatio
triplicciter accipit̄. vno modo large pro omni ꝓ
poſitione formata ad modū ꝯñe ſiue talis ꝯſe
quētia ſit bona ſiue nō. Alio mō capitur ſtricte
pro omni oratione formata ad modū ꝯñe bone
ſiue in tali ꝯña aīs ſit ꝓbatiuū ꝯñtis ſiue non.

Argumētationis acceptiones.

Alio mō capitur ſtrictiſſime pro omni oratione
formata ad modum ꝯſequētie bone cuius aīce
dens eſt probatiuū cōſequētis. ¶ Aduerte vl
tra q̄ differētia eſt īter argumētū mediū ⁊ argu
mentationē. vnde capiēdo mediū pro totali an
tecedente mediū ipſius ſe habꝫ q̄ argumentuꝫ
quia dicit̄ tam de argumento probatiuo q̄ ꝺ nō
probatiuo: ſed argumentū ſolū dicit̄ de antece
dente probatiuo et ſic omne argumentū eſt me
diū ſed nō ecōtra ſed argumētū differt ab argu
mentatione ſicut pars a toto. q: argumentatio
eſt oratio cōpoſita ex antecedēte et ꝯñte. ſed ar
gumentum eſt ſolū antecedēs. Aduerte etiā q̄
queſtio ꝓpoſitio enunciatio et ꝯcluſio differunt
vt oratio dicit̄ enunciatio eo q̄ eſt vera vel falſa
ſed dicit̄ queſtio q: eſt dubia ſumpta cū ſigno q̄
ſitiuo. ſꝫ dicit̄ ꝯcluſio prout eſt illata ex aliqua
premiſſa vel premiſſis ipſam ꝓbante vel ꝓban
tibus. ſed dicit̄ ꝓpoſitio quia ponitur in premiſ
ſis ad probandū vel inferēdū ꝯcluſionē aliquā.

Differentia inter argumētū mediū ⁊ argumentationem.

Arguitur ſic p̄mo. diffinitio argu
menti nō conuenit omni contento ſub diffinito
cum nō cōueniat argumento ſophiſtico: etiā ar
gumentū pōt fieri de re certa puta de iſta deus
eſt. g̊ nō facit fidē ꝺ re dubia. Secūdo diffinitio
ꝯcluſionis nō cōuenit iſti ſillogiſmo oīs lapis ē
equus. oīs homo eſt lapis. g̊ omnis hō eſt equꝰ
quia nō probatur argumētato vl̄ argumentis.
¶ Tertio ſic ibi eſt queſtio: vtrū hō currit. et tñ
non eſt propoſitio cū non ſignificet verum neqꝫ
falſum: igit̄.

Ad primū dicitur q̄ argumentū ſo
phiſticum vel argumentū procedēs ex falſis nō
continet̄ ſub argumento quod ibi diffinit̄. Ad
aliā partē dicit̄ q̄ nō eſt aliquid ita certū quin
poſſit accipi ſub ratione incerti et tūc poteſt fie
ri argumētū. Ad ſecundā dicitur q̄ concluſio il
lius ſilli nō eſt concluſio niſi capiendo cōcluſio
nem large et nō ſtricte q̄admoduꝫ capitur hic.
Ad tertiuꝫ dicitur q̄ q̄ſtio capit̄ dupl̄r. vno mō
pro aggregato ex ꝓpōe et ſigno queſitiuo et ſic
nō eſt propoſitio nec ſignificat verū neqꝫ falſuꝫ
alio mō capitur pro propoſitiōe cui additur ſi
gnum queſitiuū ⁊ ſic bene eſt propoſitio vel ꝓ
portionabile propoſitioni.

Argumētatiōis quattuor ſunt ſpe
cies. ſ. ſillꝰs. inductio. enthymema. ⁊
exemplum. Diffinitio autē ſillogiſmi
dicta eſt prius. Inductio eſt a ſingu
laribus ſufficienter enūeratis ad vl̄e
progreſſio vt ſortes currit: plato cur
rit: ⁊ ſic de alijs. g̊ oīs homo currit.

¶ Sciendū eſt primo q̄ argumentationis q̄t
tuor ſunt ſpecies. ſ. ſillꝰs. inductio. enthymema
et exemplū. ¶ Et ſi quis dicat hic eſt aliq̄ ſpēs
argumentationis. oīs homo eſt lapis: ergo quꝫ
dam lapis eſt homo. et tñ nō eſt aliqua iſtarum
ſpecierum cum antecedēs non ſit probatiuū cō
ſequentis: igit̄. Reſpondet̄ q̄ argumētatio pōt

Quot ſūt ſpēs argumētationis

capi dupliciter. vno mo lo ſtricte p omni bona cōſequentia cui9 añs eſt probatiuum ꝯcluſionis Et ſic dico ꝙ iſta quattuor ꝑut añcedētia ſunt probatiua concluſionis ſunt ſpecies argumētationis imo tunc nulla ꝯſequentia eſt ſpecies argumentationis niſi antecedēs ſit probatiuū cōcluſionis. alio mō capitur large pro oī bona conſequentia ſiue eius antecedēs ſit probatiuū cōcluſionis ſiue nō: et ſic ſpecies eius nō ſunt iſta quattuor ſiue antecedētia ſint probatiua cōcluſionis ſiue nō. Et ſimilr poteſt diſtingui quelibet illarū ſpecierum. vt inductio poteſt capi dupliciter. Uno modo vt eſt bona cōſequentia. et eius antecedēs eſt probatiuū concluſionis ⁊ cōtinetur ſub argumētatione ſtricte ſumpta. Alio modo capitur large p bona ꝯſequentia ſiue antecedens ſit probatiuū cōcluſionis ꝯſequentis ſiue nō. et ſic eſt ſpecies argumentatiōis large capta. et ſimilr diceretur de alijs.

Quid eſt inductio

Sciendū eſt ſecundo ꝙ poſtq̄ ſillogiſmus fuit ſufficienter diffinitus ideo nūc diffinitur inductio ſic dicendo. Inductio eſt ꝓgreſſio .i. progreſſus a ſingularibus .i. ab inferiorib9 ad vle .i. ad ſuperius. Et poteſt capi dupliciter ſcʒ large ⁊ ſtricte. large eſt cōſequentia illatiua vniuerſalis ex ſua ſingulari vel ſuis ſingularibus cū iſta additione. et ſic de alijs. vel nō ſunt plura ſed ſtricte eſt argumētatio probatiua ꝓpoſitionis vniuerſalis ex ſua ſingulari vel ſuis ſingularibus mediante iuuamine itellect9. Unde intellect9 dicit̄ iuuare vel ſupplere qn̄ in nullo ſingulari percipit ſubſtantiā nec habet rationem quare in aliquo ſingulari ſit inſtātia. et tñ ex hoc ꝙ intellectus cognoſcit ꝙ alique ſingulares ſunt vere cōcedit vniuerſalē ex eo ꝙ intellectus cognoſcit ꝙ iſte ignis eſt calidus et ille eſt calidus. ⁊ nō videt inſtantiā cōcedit iſtam: oīs ignis eſt calidus. Et aduerte ꝙ inductio poteſt formari duplr. vno mō inferēdo vlem ex ſingularibus ſine explicatione iſtius particule. et ſic de alijs: vel alicui9 alterius equiualentis. et de tali dico ꝙ nulla talis ſub ratione inductōis eſt bona conſequētia. ſed ſi ſit bona hoc eſt ratione alicuius alteri9. alio mō poteſt fieri inductio inferendo vniuerſalē ex ſua ſingulari vel ſuis ſingularibus cum additione illius ꝑticule: et ſic de alijs vel nō ſunt plura. et ſic eſt bona ꝯſequentia: q: tunc nulla reperitur inſtātia.

Quot modis inductio formatur.

Sciendū eſt tertio ꝙ inductio fit oppoſito mō ad deſcenſum. nam deſcenſus eſt ab vniuerſali ad ſingularia vt oīs homo currit ergo petr9 currit iohannes currit et ſic de alijs. Et aduerte vlteri9 ꝙ inductio poteſt fieri dupliciter. vno mō a ſingularib9 in ſupponēdo et ſignificando ſimul vt petrus currit iohānes currit ⁊ ſic ď alijs: ḡ oīs hō currit. ⁊ ſic inductio nō eſt ꝯña formalis: q: in tali forma eſt dabilis inſtantia: vt nō ſequit̄ petrus currit iohānes currit ⁊ ſic de alijs. ḡ oīs aſin9 currit: ⁊ tñ ſeruatur ſimilis forma cū non fiat niſi variatio terminorum ſuperioris ⁊ inferioris qui non ſe tenent ex parte forme cōſequentie. alio modo fit a ſingularibus in ſupponēdo tantū et nō in ſignificādo: vt iſte hō currit: et ſic de alijs: ḡ oīs homo currit. et ſic eſt bona ꝯña formalis q: in tali forma nō eſt dabilis inſtantia. et ſi dicatur ibi ſeruatur talis forma iſte hō currit. iſte hō currit. et ſic de alijs. ergo oīs aſinus currit. Reſpondet̄ ꝙ nō ſunt eiuſdē forme: quia fit variatio numeri terminoꝝ qui numer9 terminoꝝ ſe tenet ex ꝑte forme. nam in prima ꝯſequētia ſunt tantum duo termini cōputando termīos ſinonimos ꝓ vno et eodē et in ſecunda ſunt tres termini nō ſinonimi.

Arguitur ſic primo enthymema reducitur ad ſillogiſmū. ergo nō eſt ſpecies diſtincta a ſillogiſmo. ¶ Secūdo ſic. inductio poteſt reduci ad ſillogiſmū. ḡ nō videtur differre a ſillogiſmo. ¶ Tertio ſic: ibi arguitur a ſingularibus ad vniuerſalē dicendo: iſte homo vel aſin9 eſt rudibilis. iſte homo vel aſin9 eſt rudibilis. et ſic de alijs: ergo oīs homo vel aſinus eſt rudibilis. et tñ nō eſt inductio. cum antecedens ſit verum ⁊ cōſequens falſum: igitur.

Ad primum dicitur negando conſequentiam: quia vnam argumentationem reduci ad aliam non eſt ipſam fieri aliam. ſed eſt ipſam probari per aliam perfectionē. ¶ Ad ſecunduʒ dicitur eodē modo. ¶ Aduerte tamē ꝙ inductio reducitur ad ſillogiſmū accipiēdo ſingularia pro medio et predicatum concluſionis pro maiore extremitate: ⁊ ſubiectum pro minori extremitate: vt ſortes currit: plato currit ⁊ ſic de alijs: ḡ oīs homo currit: ſic reducitur: oē qḋ eſt ſortes vel plato currit: omnis hō eſt ſortes vl̄ plato: ḡ omis hō currit. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ nō debʒ ſic argui: ſed ſic: ille qui eſt homo vel aſin9 eſt rudibilis demonſtrando ſortē. ille qui eſt homo vel aſin9 eſt rudibilis demōſtrando platonē et ſic de alijs. vel pōt dici ꝙ nō arguit̄ a ſingularibus. q: totale ſubiectū illaꝝ ſingulariū nō ſingulariſat̄. ſed ſi ſingulariſet̄ et teneat̄ vniuoce ſic. ſicut ꝯñs eſt falſum ita ⁊ añs.

Tertius.

Enthymema eſt ſillogiſmus imꝑfectus. i. oratio in qua non omnibus ꝓmiſſis poſitis infertur feſtinata cōcluſio. vt oē aīal currit. ḡ oīs hō currit. In hac eñ argumētatōe includit̄ hec ꝓpō oīs hō ē aīal: que ſi poneret̄ perfectus eſſʒ ſillus. Ariſtoteles ſic diffinit enthymema. Enthymema ē ex ycotib9 ⁊ ſignis. ycos idē ē ꝙ ꝓpō probabilis. Signum vt hic ſumitur idem ē ꝙ demonſtratiua ſeu neceſſaria ꝓpō vel probabilis ⁊ hº inferēdo. Signū vt hic ſumit̄ dicit neceſſitatē

illationis: ycos autem dicit probabi⸗
litatē ipſius propoſitionis in ſe ſm
quā probabilitatē propoſitio dr̄ eē
vera. vnde licet in enthymemate eſt
tantū vna propoſitio inferens ⁊ alia
illata: tamē ſm ꝙ propoſitio īferens
apparet oībus eē vera vel pluribus
ſic dr̄ ycos: quia ſic iam eſſē probabi
lis: vt quilibet diligit diligentem ſe.
ſcḋm autē ꝙ ipſa infert concluſionē
de neceſſitate ſic eſt ſignum. ⁊ ſic ea⸗
dem propō ē ycos ⁊ ſignum ſm aliud
et aliud. Si quis obijciat ꝙ enthyme
ma debeat ſic diffiniri. Enthymema
eſt ex ycote ⁊ ſigno cum tantū ſit vna
propō īferens que ē ycos ⁊ ſignū ſm
diuerſa. Ad hoc ſic dicendū ē ꝙ licē
ſit vna propoſitio īferens actu: tñ ha
bet in ſe virtutem duarum propōnū:
quia habet in ſe virtutem propriā ⁊
illius que ſubintelligitur: ⁊ ſic eſt vna
ſm ſubſtantiam ⁊ due ſm virtutem:
⁊ ideo dicit̄ in plurali numero ex yco
tibus ⁊ ſignis ⁊ non ex ycote ⁊ ſigno.
¶ Sciendum ē ꝙ omne enthymema
dē reduci ad ſillogiſmū. In enthyme
mate eñi ſunt tres termī ſicut in ſillo
giſmo ⁊ duo illorum ſunt in cōcluſio
ne. ⁊ ſunt maior extremitas ⁊ minor
extremitas. alius autē non ponit̄ in
concluſione ⁊ eſt medium. Illarū au⸗
tem extremitatū altera ſumitur bis
et altera ſemel. Ex extremitate ergo
tantum ſemel ſūpta ⁊ ex medio fiat
vna propoſitio ſm exigentiā modi
et figure: ⁊ ſic habetur ſillogiſmus.
verbigratia. ī hoc enthymemate om
ne aīal currit: ergo oīs homo currit:
homo ⁊ currit ſunt due extremitates
et aīal eſt medium: ſē illa extremitas
ſcē hō ſūpta eſt tm̄ ſemel. ex ipſa ergo
ex medio fiet vna propō ſcē oīs hō ē
animal: et tunc erit perfect⁹ ſillogiſ⸗
mus ſic: omne animal currit: oīs ho⸗
mo ē animal: ergo omīs homo currit
Exemplum ē quādo vnū ꝑticulare ꝓ
batur per aliud propter aliquod ſi⸗
mile repertum in ipſis: vt pariſien⸗
ſes pugnare contra rothomagenſes
malum eſt: ergo turonenſes pugna⸗
re contra pictauenſes malum eſt:
quia vtrobiqꝫ eſt pugnare affines cō
tra affines.

¶ Primo ſciendū eſt ꝙ ꝓ declaratōe enthyme⸗ *Enthymematis diuiſio.*
matis. ꝙ entimema capitur dupliciter. vno mō
large pro omī argumētatiōe in qua ex vna pro⸗
pōne vel plurib⁹ nō ſillogiſtice ordinatis infer⸗
tur ɔñs: et ſic capitur cum dr̄: ꝙ omīs argumen
tatio eſt ſillogiſtica vl' ēthymematica. Alio mo⸗
do capitur ſtricte ꝓ oī argumētatione nō ſillo⸗
giſtica nec inductiua nec exemplari in q̄ ex vna
ꝓpōne vel pluribus non ſillogiſtice ordinate in
fertur conſequens ⁊ ſic capitur cū dicitur ꝙ om
nis argumētatio eſt ſillus ēthymema vl' exem⸗
plū. ⁊ hoc modo cōuerſiones ⁊ argumētationes
q̄ fiūt in ypotheticis dicūtur enthymema. Alio
modo capitur ſtrictiſſime ꝓ argumentatione in
qua ex vna ſola propōne cathegorica ī antecedē
te expſſa infertur cōcluſio cui propōni ſi aliqua
ꝑmiſſa addatur erit bon⁹ ſillogiſmus. et ſic ca⸗
pit petrus hyſpanus: cui⁹ deſcriptio debet ex⸗
poni illo mō ꝑdicto: ⁊ illo mō capiēdo ētimema
cōuerſiones ⁊ argumentationes in ypotheticis
nō ſunt enthymemata cum non reducantur ad
ſillogiſmum addendo vnam premiſſam.

Sciendū eſt ſcḋo ꝙ enthymema
reducit̄ ad ſillogiſmū ſicut imperfectum ad pfe
ctum. Pro eui⁹ declaratione eſt aduertendum
ꝙ entimemata q̄ ex pluribus ꝓpoſitionib⁹ īfe⸗
runt ɔñs nō reducūtur ad ſillogiſmū: ſed bene
illa que ex vna ſola propōne expreſſa inferunt
cōcluſionē. Unde entimema reduci ad ſillogiſ⸗
mū nō eſt aliḋ q̄ añti ēthymematis addere ali
quē ꝓpoſitionem virtute cuius añs de neceſſita
te infert cōſequēs quod de neceſſitate nō ſemp
ſequitur ad ātecedēs enthymematis. Et ad co⸗
gnoſcendū que ꝑmiſſa deficiat aduertē. ꝙ ſi ille
termin⁹ qui eſt ꝑdicatū in concluſione ponatur
in antecedēte deficit minor. ſed ſi ille terminus
qui eſt ſubiectū ɔñtie ponat̄ in añte deficit ma⸗
ior. ¶ Sed ad cognoſcendū ad quā figuram re
ducitur videndum eſt ſi illud quod predicat̄ in
ɔcluſione ponatur a parte ſubiecti in antecedē⸗
te: ⁊ ſi ſic tunc reducitur ad ſcḋam figurā. Sed
ſi predicatum concluſionis ponatur in antece⸗
dēte a parte predicati: tunc ſi medium ꝑdicetur
in propōne que addit̄ dē reduci ad primā figu⸗
ram: ſi ſubijciatur ad tertiam figuram.

Sciendū eſt tertio ꝙ exemplū pōt *Exempli acceptiones.*
capi dupl'r. vno mō large. et ſic pōt deſcribi: eſt
argumētatio in qua infertur concluſio ꝓpter ſi⸗
militudinē repertā inter res ſignificatas ꝑ ter⸗
mios añtis ⁊ ɔñtis ſiue añs ſiue ɔñs ſint ꝓpōes
vl'es vel ꝑticulares: vt oēs ſcoti ſūt boni hoīes

armoꝝ q̄ ⁊ anglici: q2 vtriq3 ſunt bene exercitati. Alio mō capit̄ ſtricte: ⁊ ſic eſt argumētatio ꝓbatiua cōcluſionis ꝑticularis ex alia ꝓpōne ꝑticulari vel ex aliis ꝓpōnibus ꝑticularib9 ꝓpter aliquā ſimilitudinē reꝑtam inter res ſignificatas per termīos aūtis ⁊ ꝯñtis: ⁊ ſic capitur large ꝑticulare vt ſe extēdit ad ꝑticularē indefinitā ⁊ ſingularē. ¶ Et aduerte q̄ exemplū non eſt bona cōſequentia nec ꝓbatiua niſi in aūte ⁊ ꝯñte exprimatur terminꝰ ſinonimus. vt hic nō eſt bonum exemplū rothomagēſes ſunt diuites: ergo burgenſes ſunt diuites ⁊ reducit̄ ad ſillogiſmū accipiēdo terminū importantē ſimilitudinē ꝓ medio: ⁊ ꝑdicatū cōcluſionis ꝓ maiori extremitate. ⁊ ſubiectū ꝓ minori extremitate: ⁊ tunc infertur cōcluſio exempli. vt burgenſes ſunt diuites: ergo ⁊ rothomagēſes: quia vtriq3 habēt portum maris. ⁊ reducitur ſic: omēs habētes portū maris ſunt diuites burgenſes habēt portū maris: ergo burgenſes ſunt diuites.

Arguitur ſic primo. cōuerſio eſt entimema: ⁊ tamen non eſt ſillogiſmꝰ imꝑfectꝰ. igitur. ¶ Scdō ſic: ibi eſt exemplū ſortes eſt riſibilis: ergo plato eſt riſibilis: q2 vterq3 eſt hō: ⁊ tū ibi nō arguit̄ ab vno ꝑticulari ad aliud: igit̄. ¶ Tertio ſic. ad ꝓbationē cōcluſionis nō ſolū requiritur noticia aūtis. ſed etiā requirit̄ noticia bonitatis ꝯñe: ſed in exēplo nō eſt bona ꝯña ergo ꝑ exemplū nihil poteſt probari.

Ad primū dicitur q̄ cōuerſio eſt bene entimema accipiendo entimema ſtricte. ſed nō capiendo entimema ſtrictiſſime ⁊ ꝓpriiſſime. ¶ Ad ſcdm dicit̄ q̄ bene arguit̄ a particulari capiēdo ꝑticulare large. Dicit̄ vlteriꝰ q̄ licet exemplū non ſit ꝯña neceſſaria tū bene eſt ꝯña ꝓbatiua ⁊ hoc ſufficit. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ licet in exemplo non ſit bona ꝯña q̄tum eſt de ſe: tamē bene virtute intellectus ſupplentis vicem bonitatis conſequentie.

et de nō ente ꝙ ſit ens mediāte fantaſtica viſione. Fallacie ſunt tredecim quaꝝ ſex ſunt in dictōe ꝛ ſeptē extra dictōem. In dictōe ſunt equiuocatio amphibolia: cōpoſitio: diuiſio: accentus ꝛ figura. ꝛ ſeptē extra dictioneꝫ ſunt accidēs ſm qd ad ſimplr̃: ignorātia elēchi: petitio principij: ꝯñs cā vt cā ſm plures iterrogationes vt vnā. Quod añt ſint ſex in dictiōe: probat ariſtoteles iductōe ꝛ ſillō. Inductōe ſic. Equiuocatio fit aliquo iſtoꝝ ſex modoꝝ: amphibolia fit aliquo iſtoꝝ ſex modoꝝ ꝛ ſic de alijs: ergo oīs fallacia in dictōe fit aliquo iſtorum ſex modoꝝ. Sillogiſmo ſic. oīs deceptio facta ex eo ꝙ eiſdē dictionibꝰ vel orōnibꝰ non idē ſignificamus: fit aliquo iſtoꝝ ſex modoꝝ. ſed oīs fallacia i dictione fit ex eo ꝙ eiſdē dictionibꝰ vel orationibꝰ non idē ſignificamꝰ: ergo oīs fallacia in dictōe fit aliquo iſtoꝝ ſex modoꝝ. Iſte ſillogiſmꝰ eſt in prīo mō prime figure. probatio maioris: omīs mltiplicitas dictōis fit aliquo iſtorum ſex modorum: ſed omīs deceptio facta ex eo ꝙ eiſdē dictionibꝰ vl̃ orationibus non idem ſignificamus fit ex multiplicitate dictōis vel orōnis: ergo omīs deceptio facta ex eo ꝙ eiſdem dictionibus vel orationibꝰ non ideꝫ ſignificamus fit aliquo iſtorum ſex modorum: et hec fuit maior probatio minoris: omnis multiplicitas dictionis fit ex eo ꝙ eiſdē dictionibꝰ vel orōnibꝰ nō idē ſignificamꝰ: ſed oīs fallacia i dictōe fit ex multiplicitate dictōis vel orōnis: ergo oīs fallacia i dictōe fit ex eo ꝙ eiſdem dictionibꝰ vel orationibꝰ idē ſignificamus ꝛ hec fuit minor. ꝛ iſti duo ſilli ſunt i prīo modo prime figure.

Fallacia quot modis capit̄

¶ Primo ſciendū eſt ꝙ fallacia capitur dupl'r. vno mō actiue ⁊ ſic cōiter diffinitur ꝙ eſt idoneitas decipiēdi faciens credere de non ente ꝙ ſit ens ⁊ de ente ꝙ ſit non ens mediante fantaſtica viſione. ⁊ dꝫ ſic intelligi: fallacia eſt idoneitas .i. abilitas ſeu promptitudo ꝑ quā opponens eſt promptus ad faciendū ꝙ videatur reſpōdenti de ſillogiſmo apparēti ꝙ ſit bonus ſillogiſmꝰ mediāte fantaſtica viſione .i. apprehenſione alicuiꝰ apparētis ⁊ nō exiſtētis. alio mō capit̄ paſſiue: ⁊ ſic diffinit̄ fallacia eſt deceptio inperiti in arte ſophiſtica per artem ſophiſticaꝫ. Pro cuiꝰ declaratione eſt aduertendū ꝙ deceptio eſt aſſenſus falſi ⁊ diſſenſus veri. Ex quo ptꝫ ꝙ aliquid dicitur decipi dupl'r .ſ. aſſentiendo falſo ⁊ diſſentiendo vero. ¶ Et aduerte ſcḋo ꝙ fallacia quādoqꝫ eſt aſſenſus huius ſcꝫ ꝙ pmiſſe ꝓbant cōcluſionem: ⁊ etiam eſt aſſenſus cōcluſionis falſe et quādoqꝫ duo aſſenſus .ſ. quādo pmiſſe apparenter probāt cōcluſionē ⁊ etiā aſſenſus cōcluſionis falſe: vt ſi aliqua cōcluſio alicuiꝰ paralogiſmi eſt falſa ⁊ pmiſſe apparēter ꝓbant cōcluſionem illam: tunc homo deciperetur aſſentiendo ꝙ ille premiſſe probarent concluſionē. ⁊ etiā aſſentiendo tali concluſioni.

Sciendum eſt ſecūdo ꝙ ſicut conſequētie dialetice firmātur per duos locos ſcilꝫ per locū maximā ⁊ ꝑ locū differentia maxime: ita ꝯñe ſophiſtice. Ex quo ſequitur ꝙ duplex ē locus ſophiſticus .ſ. maxima ⁊ differētia maxie. Locus maxima eſt propoſitio falſa qua ꝓbātur ꝯſequētie ſophiſtice: vt dictio actualiter vna hꝫ tm̄ vnū ſignificatū: ſed locus differentia maxie eſt illud quo vna maxima ſophiſtica differt ab alia ſicut ſunt termini ⁊ habitudo terminorum vt ſunt iſti termini dictio actual'r vna ⁊ ſignificatum actualiter vnū. ⁊ iſte locus differētia maxime poteſt noīari per ipſaſmet fallacias puta ꝑ fallaciam equiuocationis ⁊ amphibolie ⁊ ſic de alijs. Et aduerte ꝙ fallacia vltra acceptiōes poſitas in pͦmo notabili accipitur adhuc vno mō: ſcꝫ pro ipſamet argumētatione ſophiſticanta ꝙ quando dicitur nego conſequentiam: quia committit fallaciam id eſt argumentationem .ſ. ſophiſticā peccantem ſm̄ talem fallaciam.

Sciendum eſt tertio ꝙ fallacia diuiditur per fallaciā in dictione ⁊ extra dictionē. Unde fallacia in dictione eſt q̄ ſumit cauſaꝫ apparētie ex pte dictiōis vl' orationis: ⁊ ſic ſūt ſex: ſcꝫ falla equiuocationis: amphibolie: cōpōnis: diuiſiōis: accētus: ⁊ figure dictionis. Sed fallacia extra dictionem eſt que ſumit cauſam apparentie ex parte rei ſignificate. ⁊ ſunt ſeptem vt patet in textu. ¶ Circa hoc queritur vtrū oīs ꝯña bona ſit neceſſaria: ⁊ videtur ꝙ nō: qꝛ nulla ꝯña eſt neceſſaria ⁊ aliqua eſt bona: ꝗ nō oīs ꝯña bona eſt neceſſaria. maior ꝓbatur. qꝛ nullā ꝯñam impoſſibile eſt nō eſſe: ergo nulla ꝯña eſt neceſſaria. ¶ Pro ſolutione eſt aduertendum ꝙ aliqui ponūt duplicē ꝯñam ſcꝫ ꝯñam ſimplicem ⁊ ꝯñam bonam vt nunc: ⁊ eſt illa cuius impoſſibile eſt ita eē ſicut per añs ſignificat̄. quin ita ſit ſicut ꝑ cōſequens ſignificatur rebus ſtantibus vt nūc: ſed talis nō videtur eſſe cōſequentia. Ideo ponitur alia diuiſio ꝯ cōſequētiarum quedā eſt cōditionalis. alia rationalis. ⁊ alia cāſalis. Unde cōditionalis eſt que p̄ciſe aſſumit ſeq̄lam ꝯñtis ex añte ſm̄ ſignificationē totaleꝫ: ſed rōnalis preter ſequelā cōſequētis ex antecedēte aſſumit ita eſſe ſicut ſignificatur tam per antecedens q̄ per conſequēs. Ex quo ſequitur ꝙ rationalis pōt eſſe bona ꝯñia ⁊ falſa propoſitio: vt aſinus volat. ergo aſinus habet alas. Sꝫ cauſalis preter oīa illa ſumit ꝙ ita eſſe ſicut ſignificat̄ ꝑ añs ſit cauſa eſſēdi ſicut ſignificatur ꝑ ꝯñs: ideo aliqua cauſalis pōt eſſe bona ꝯña ⁊ falſa propoſitio. ¶ Aduerte vltra ꝙ ꝯña nō dr̄ neceſſaria eo ꝙ neceſſario fit. ſed qꝛ ꝯñs neceſſario ſequitur ad añs capiēdo ly neceſſario ſcḋe intentionaliter: ita ꝙ ſit ſenſus: conſequēs ſeq̄tur ad añs in conſequētia bona ⁊ neceſſaria: vel poteſt dici neceſſaria: quia impoſſibile eſt ita eē ſicut per antecedens ſignificatur quin ita ſit ſicut per conſequens ſignificatur.

Cōſequētia quare dr̄ neceſſaria.

Arguitur ſic primo: fallacia non eſt niſi argumentatio ſophiſtica: ergo male dicitur ꝙ eſt idoneitas decipiēdi. ¶ Scḋo ſic. īpoſſibile eſt non ens eſſe ens: ergo īpoſſibile eſt credere de non ente ꝙ ſit ens. ¶ Tertio ſic. omnis fallacia fit per dictiones vel orationes: ergo nulla eſt fallacia extra dictionem.

Ad primū dicitur ꝙ fallacia ꝓter ydoneitatē ⁊ deceptionē accipit̄ pro argumētatione ſophiſtica. ¶ Ad ſcḋm dicitur ꝙ non capitur ibi nō ens ſimpl'r: ſed capitur mō ens ꝓ ſillogiſmo apparenti: ita ꝙ fallacia eſt ꝑ quā credimus de malo ſillogiſmo q̄ ſit bonus ſillogiſmus. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ fallacie nō dicuntur extra dictionem eo ꝙ fiant ſine dictionibꝰ. ſed quia ſumūt cauſam apparentie non ex parte dictionis ſed ex parte rei. ¶ Sequit̄ textus.

Sciendum autē vt vult alexāder in cōmento ſupra librū elēchoꝝ triplex eſt multiplex. Aliḋ eſt enī multiplex actuale. aliud potētiale. ⁊ aliud fantaſticū. Multiplex actuale eſt qn̄ dictio vel oratio eadē ſm̄ ſubſtātiā ⁊ ſm̄ modū ꝓferēdi diuerſa ſignificat dictio vt in equiuocatiōe vt canis: oratio vt in amphibolia vt liber ariſtotelis. Multiplex potētiale ē qn̄ dictio vel oratio eadē ſm̄ ſubſtātiā. diuerſa tamen ſm̄ modū ꝓferēdi diuerſa ſignificat: dictio vt in accētu vt populus cuiꝰ prima ſillaba poteſt eſſe breuis ⁊ longa. ⁊ ſm̄ hoc diuerſa ſignificat oratio vt in cōpoſitione vel diuiſiōe

An oīs ꝯña bona ſit neceſſaria.

vt quicquid viuit ſemper eſt. Alium habet cū modū proferendi prout eſt diuiſa ⁊ put ē cōpoſita vt poſtea patebit. De multiplici fantaſtico videbitur in fallacia figure dictionis. et quia multiplex actuale verior mō ē multiplex ꝙ potentiale: ⁊ potentiale ꝙ fantaſticū: ideo primo dicendū ē de fallacijs facientib⁹ multiplex actuale ꝙ de alijs ⁊ poſtea de potentiali: ⁊ vltimo de fantaſtico. Unde prio dicendum ē de equiuocatione: ⁊ amphibolia ꝙ d̓ alijs fallacijs in dictione: quia in equiuocatione ⁊ amphibolia ē multiplex actuale: ⁊ per conſequens eadē dictio vel oratio ſm ſubſtantiam ⁊ ſm modum proferendi: in alijs autem non. In iſtis enim plus ē de idētitate ꝙ de alijs. Item adhuc prius dicendum ē de equiuocatione ꝙ de amphibolia: quia equiuocatio fit in dictione: āphibolia vero in oratione: dictio autem prior ē oratione.

¶ Sciendum ē ꝙ fallacia dupliciter ſumitur: quādoqꝫ enim fallacia idem eſt ꝙ cauſa decipiendi: ⁊ quandoqꝫ idem eſt ꝙ deceptio facta ex illa cauſa. et hoc prio mō ſumit̄ hic fallacia.

Triplex eſt multiplex. ¶ Primo ſciendū eſt ꝙ oīs fallacia ſaltē in dictione fit ſm aliquod multiplex: ideo eſt aduertendū ꝙ triplex eſt multiplex. ſ. actuale: potentiale: ⁊ fantaſticū. Un̄ multiplex actuale eſt dictio vel oratio in eadē materia ⁊ forma habens diuerſas ſignificatōes vel diuerſos ſenſus. Exemplum de dictiōe vt canis: de oratione: vt inimicos vellē me accipere. vnde materia dictiōis nō eſt aliud ꝙ littere ⁊ ſillabe ⁊ orationis ſūt dictiones: ſed forma earū nō eſt niſi modus proferendi ſcribēdi vel ordinādi maxime in oratiōe. ſed multiplex potētiale eſt dictio vel orō eadē in materia ⁊ diuerſa in forma habent diuerſos ſenſus ⁊ ſignificatōes: exemplū de dictōe vt pādere. naꝫ qn̄ media eſt breuis ſignificat dare penaꝫ: ſed qn̄ eſt lōga ſignificat penā pati. exēplū de oratōe vt quicq̄d viuit ſemp eſt q̄ habꝫ diuerſos modos proferēdi ⁊ pauſandi: ideo hꝫ diuerſos ſenſus: quia pōt fieri pauſa poſt ly viuit. vt dicēdo quicq̄d viuit: ſemp eſt: ⁊ pōt fieri pauſa poſt ly ſemp. vt dicēdo: q̄cquid viuit ſemp eſt.

Quid ſit multiplex fantaſticum. Sciendum eſt ſcd̄o ꝙ multiplex fantaſticū eſt dictio vel oratio tantū vnuꝫ ſignificans: cui tn̄ ex fantaſia ꝯſiderātis attribuit̄ ſibi alia ſignificatio ſeu alius ſenſus ꝓpter ſimilitudinē quā habet cū alia dictione: vt papa habꝫ tm̄ vnā ſignificatōem: ſed ꝓpter ſimilitudineꝫ quā hꝫ cuꝫ muſa ſibi attribuit̄ alia ſignificatio. Ex quo ſequitur ꝙ oīs fallacia ſaltē in dictiōe habet fieri ſm aliqd̄ multiplex: qꝛ quelibet talis hꝫ fieri mediantibus dictionib⁹ ad placitū ſignificantib⁹ ⁊ nō mediātibus conceptib⁹ vltimatis ⁊ tota cauſa eſt qꝛ in cōceptibus vltīatis nō eſt aliqd̄ multiplex ſeu dictio vel oratio.

Sciendum eſt tertio ꝙ circa p̄dicta mouetur talis difficultas: vtrū ꝯn̄a bona bene diuidat̄ in ꝯn̄am materialē ⁊ formalē: ⁊ videtur ꝙ non: quia nulla eſt ꝯn̄a formalis: igit̄: pꝫ qꝛ nulla ꝯn̄a tenet in oībus termīs cōſimili forma arguēdi: quia in nulla ꝯn̄a mūdi ponuntur omnes termini: ergo nulla tenet in oībus terīs. Item oīs ꝯn̄a fit rōne ſignificationis. igitur omnis ꝯn̄a eſt materialis: an̄s ꝓbatur: quia in qualibet ꝯn̄a bona requiritur ꝙ impoſſibile ſit ita eſſe ſicut p̄āntecedēs ſignificat̄ quin ita ſit ſicut per ꝯn̄s ſignificatur: igitur oīs cōſequētia fit ratione ſignificatōis. ¶ Pro ſolutione eſt aduertendū ꝙ vt alias viſum eſt diffinitio ꝯn̄e formalis cōiter diffinitur de rigore ſermonis nō eſt bona ꝯn̄a: ſed aliter debet diffiniri vt hic viſuꝫ eſt: viſum eſt etiā ꝙ quinqꝫ ſe tenēt ex p̄te forme cōſequētie: ⁊ p hoc ſoluitur prima ratio. ¶ Ad aliam dr̄ ꝙ ſignificatio nullo mō eſt cauſa bonitatis cōſequētie formalis cum fiat in oībus terīs quācūqꝫ ſignificationē illi termini habeāt: imo ſi tales cōſequētie poſſent eſſe ſine modo ſignificationis non minus eſſent bone.

Arguitur ſic primo: dictio dꝫ ſubordinari cōceptui mētali: ſed nullus eſt cōcept⁹ mentalis ſaltē vltimat⁹ qui ſit multiplex cum quilibet talis ſit naturalis ſimilitudo vni⁹ rei. ¶ Scd̄o ſic: nulla dictio plura ſignificat: igitur pꝫ quia vel ſignificaret illa copulatiue vl̓ diſiūctiue: ſed hoc eſt falſum: quia tunc nulla orō in qua poneret̄ talis dictio eſſet diſtinguēda cum ipſa eſſet ſimpliciter vera vel falſa. ¶ Tertio ſic. vnius ſigni eſt tantum vnum ſignatum: igitur eſt tantum vna dictio.

Ad primum dicitur ꝙ non quelibet dictio ſubordinatur vni cōceptui: ſed pluribus cuiuſmodi eſt dictio equoca ¶ Ad ſcd̄m dicitur ꝙ dictio equiuoca importat ſua ſignificata indiſiunctim ⁊ nō copulatiue vel diſiunctiue ſic videlicet ꝙ oratio in qua ponitur nō ſubordinatur mentali copulatiue vel diſiunctiue: ſed pluribus mentalibus cathegoricis diſiunctim captis. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ vnius ſigni formaliter capti eſt tm̄ vnū ſignatū: ſed nō opꝫ ꝙ vni⁹ ſigni materialr̄ capti ſit tm̄ vnū ſignatū.

Equiuocatio eſt multiplicitas dictiōis eiuſdē ſm ſubām ⁊ modū proferēdi vt in h̊ noīe canis. Sciēdū eſt ꝙ in q̄libet fallacia eſt duplex cā: ſcꝫ cā

apparētie ⁊ cā defect⁹. Cā apparen
tie in qualib; fallacia est q̄ monet ad
credendū id qd̄ nō est credendū. Cā
defect⁹ est q̄ ondit creditū esse falsū.
Cā apparētie in equocatiōe est vni
tas dictionis eiusdē ꝭm subam ⁊ ꝭm
modū ꝓferēdi diuersa significātis.
Cā defect⁹ siue falsitatis est diuersi
tas significatoꝝ: vnitas eni ꝑdicta
in equocatiōe monet ad credendum
qd̄ nō est sc; vnitatē significandi: di-
uersitas aūt ondit creditū eē falsum
Equocatiōis tres sunt modi. s; pri-
mo videndū est qd sit fallacia equo-
cationis. vñ fallacia equocatiōis est
deceptio ꝓueniēs ex eo ꝙ aliqua di-
ctio manēs vna ꝭm subā; ⁊ ꝭ; modū
ꝓferēdi diuersa significat. Primus
aūt mod⁹ ꝓuenit ex significatiōe vel
ꝯsignificatiōe dictiōis. Ex significa
tiōe sic ꝑalogisaṫ: oīs canis currit: si
dus celeste est canis: ḡ syd⁹ celeste
currit. Solutio vtraq; ꝑmissaꝝ ē du
plex: q: hoc nomē canis est mltiplex
equoce significās aīal latrabile sy-
d⁹ celeste ⁊ piscē marinū. ⁊ sic maioꝛ
vno mō ē ṽa ⁊ alio mō falsa ⁊ silr mi
noꝛ. Uel sic: oē expediēs ē bonū. ma-
lū ē expediēs: ḡ malū ē bonū. Solutō
expediēs dr̄ equoce. vno mō idē ē ꝙ
bonū. alio mō idē est ꝙ necessariū qd̄
accidit in min⁹ malū qd̄ op; fieri ad
euitādū mai⁹ malū. vñ vtraq; ꝑmissa
rū ē duplex: q: vno mō ē ṽa: alio mō
est falsa. Ex ꝯsignificatōe ꝑalogisaṫ
sic: iste pannus ē de anglia. anglia est
terra ergo iste pānus ē d̄ terra. nō se
quitur: q: pria est duplex ex eo ꝙ hec
prepō de pōt dicere circūstantiā cāe
materialis ⁊ sic ē falsa: vel pōt dice-
re locū: ⁊ originē; ⁊ sic ē vera: vel sic
In quocunq; ē egritudo ipm est aīal
s; in humoꝝ iadeq̄tōe est egritudo. ḡ
humoꝝ inadequatio ē aīal. prima est
duplex. quia hec prepō in pōt dicere
cām efficientē esse. ⁊ sic ē falsa vl cā;
foꝛmalē siue subiectū in quo ē et sic ē
vera. similr̄ dicendū ē de minoꝛi vl sic
ꝓprium ē qualitati ꝭm eam simile vl
dissimile dici. s; ꝭm similitudinem dr̄ ali
quis similis vel dissimilis. ḡ silitudo
vel dissilitudo sunt q̄litates qd̄ falsu;
est. imo sunt relatōes. Pria ē duplex
eo ꝙ hec prepō ꝭm pōt dicere circū-
stantiā cāe efficientis: ⁊ sic ē vera: q:
due q̄litates eiusdē spēi faciunt vna;
similitudinē. ⁊ sic q̄litas ē causa effi-
ciēs silitudis: si aūt dicat circūstātiā
cāe foꝛalis sic ē falsa: q: qualitas nō
ē cā foꝛmal silitudis ⁊ ecōuerso dicē
dū ē de minoꝛi. Silr oē sanū ē aīal: vri
na ē sana: ergo vrina ē aīal. vtraq; ꝑ-
missaꝝ ē duplex: q: sanū dr̄ de aīali
vt de subiecto: ⁊ de vrina vt de signā-
te vl iudicāte: de cibo vt de efficiēte
de dieta vt de cōseruante ⁊ sic alio ⁊
alio mō sanitas ad hec ꝯpaṫ Et ꝭm hō
h; diuersas significatōes. Ex signifi
catōe sic ꝑalogisaṫ: quicūq; sanabaṫ
san⁹ ē. laborās sanabaṫ: ergo laborās
san⁹ ē. minoꝛ ē duplex: eo ꝙ hō ꝑticipiū
laborans pōt dicere pn̄s tp̄s: ⁊ sic ē
ṽa. ⁊ tūc ē sensus: laborās nūc sana-
baṫ. si aūt dicat ꝑteritū sic est falsa. ⁊
sic ē sēsus: laborās tūc sanabaṫ. ⁊ ecō
uerso dicēdū ē de ꝯclusione. laborās
eni equiuocū ē ad laborātē nūc ⁊ ad
laborāte; tūc. Et eodē mō ē hic: qui-
cūq; surgebat stat: sedēs surgebat: er
go sedēs stat. ⁊ eodē mō rn̄dendū ē si
cut fuit rn̄su; ad aliū ꝑalogismū. alio
mō pōt fieri ecōuerso qn̄ dictio pōt
teneri materialr vl cōsignificatiue si-
cut hic. de⁹ ē vbiq;: vbiq; ē aduerbiū:
ergo de⁹ ē aduerbiū. Dicēdū ē ꝙ pria
est duplex eo ꝙ hec dictio vbiq; pōt
teneri materialr vl ꝯsignificatiue si ma
terialr sic ē falsa. si cōsignificatiue sic
est ṽa: s; nō sequiṫ conclusio. Scd̄us
mod⁹ eq̄uocatōis ꝓuenit ex trāssum-
ptione dictōis. Unde transsūptio vt
hic sumitur est acceptio dictiōis si-

gnificantis vnū ex impoſitione ad ſignificādū aliud ꝑ ſimilitudinē. Et ſcʒ iſtū modū ſic formatur ꝑalogiſmꝰ. quicquid ridet habʒ os. pratū ridet. ergo pratū habʒ os. Prīa ē duplex eo ꝙ hoc verbū ridet pōt teneri ꝓprie ⁊ ex impōne vel trāſſumptiue. ſi ꝓprie ⁊ ſic eſt vera et nō ſequitur concluſio: ſi tranſſumptiue ſic ē falſa ⁊ ſic ſequitur concluſio: hoc enī verbuʒ ridere eſt equiuocū ad ridere ⁊ ad florere: qꝛ ridere ſignificat ex prīa impōne riſum ab ore emittere. florere enī ſignificat per quandā trāſſumptionē florere enī et ridere quandā ſimilitudinē hñt: qꝛ vtrobiqꝫ denotatur gaudium: ⁊ iō ridere trāſſumitur ad flores vt vult ariſtoteles. iō ſ'uentes aliquā ſimilitudinē tranſferūt. Quicquid currit habʒ pedes. ſecana currit ergo ſecana habet pedes: vtraqꝫ ꝑmiſſarum eſt duplex: qꝛ hoc verbū currit vel tenetur ꝓprie vel trāſſumptiue. currere enī et labi aſſignantur in velocitate motus. ſcḋm ꝙ currit ſumitur proprie ſic maior eſt vera et minor falſa. ſi trāſſumptiue tūc ē econuerſo. Tertiꝰ modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua dictio plura ſignificat cōpoſita: ſeparata vero vnū ſolum vt hec dictio imortale: vno mō dr̄ quaſi nō potens mori: alio mō dr̄ quaſi potēs non mori. Et ſcḋm hoc ſic formatur ꝑalogiſmꝰ. Omne imortale eſt perpetuū: ſed omne potēs nō mori eſt imortale: ergo oē potens nō mori eſt ꝑpetuū. vtraqꝫ ꝑmiſſarum eſt duplex: cū hoc nomē imortale ſit equiuocum vt dictū eſt. Item omne incorruptibile eſt ꝑpetuū: ſed omne potens non corrūpi eſt incorruptibile: ergo oē potens nō corrūpi eſt perpetuuʒ. vtraqꝫ ꝑmiſſarum eſt duplex: eo ꝙ incorruptibile vno mō idē ē ꝙ nō potēs corrūpi: ⁊ ſic incorruptibile eſt ꝑpetuū. ⁊ ſic maior ē vera ⁊ minor falſa. alio mō idē eſt ꝙ potēs nō corrūpi: vt ꝑimus hō potuit nō corrūpi: ⁊ in hoc ſenſu maior ē falſa ⁊ minor vera. Et ſic ſoluēdi ſūt ꝑalogiſmi equocationis ꝑ diſtinctionem ꝑalogiſmorum ſcḋm equiuocationē vt priꝰ patuit. Recta ſolutio eſt manifeſtatio ſillogiſmi falſi ⁊ ꝓpter quid eſt falſus: ⁊ hoc contingit dupliciter: ſcʒ diſtiguēdo vel aliquā ꝑmiſſarum interimēdo: Scḋo mō reſpōdēdū ē ad oēs peccātes in materia ⁊ ad oēs oēs in vtroqꝫ peccātes rn̄dendū ē vtroqꝫ modo ſcilʒ diſtinguendo ⁊ aliquam premiſſarum interimendo nō ſcḋm idē ſed ſcḋm diuerſa.

¶ Primo ſciendum eſt ꝙ equocatio eſt multiplicitas dictionis eiuſdē ſcḋm ſubam ⁊ modū ꝓferēdi diuerſa ſignificātis id eſt qñ dictio vna plura ſignificat equoce. vt illa dictio canis: vel pōt dici ꝙ equocatio nō eſt niſi acceptio termini equiuoci ꝓ diuerſis ſignificatis mediātibꝰ diuerſis conceptibꝰ totalibꝰ ⁊ nō ſinonimis: ⁊ ē duplex ſcʒ a caſu ⁊ a conſilio vt alias viſum eſt in antepdicamētis: vn̄ fallacia equocationis eſt idoneitas. i. promptitudo vel abilitas decipiēdi proueniēs ex idēptitate dictionis diuerſa ſignificātis vel eſt deceptio ꝓueniēs ex idemptitate dictionis diuerſa ſignificātis: ita ꝙ cā apparētie eius eſt idēptitas dictionis diuerſa ſignificantis. nam credimꝰ ꝙ ſicut dictio eſt vna ꝙ ſignificatum eiꝰ ſit tm̄ vnū. ſed cā defectus eſt pluralitas ſignificatorum: ⁊ ex pte eius ſic diffinitur. eſt deceptio ꝓueniēs ex pluralitate ſignificatorū vniꝰ dictionis. Et aduerte ꝙ ſi iſta fallacia debeat diffiniri opʒ ꝙ diffiniatur tam ex pte cauſe apparētie ꝙ̄ ex pte cauſe defectꝰ vt fallacia equocationis eſt deceptio ꝓueniēs ex idēptitate dictionis diuerſa ſignificantis vel ex pluralitate ſignificatoruʒ eiuſdem dictionis: ⁊ eius ſunt tres modi vt conſequenter videbitur. Quid eſt equiuocatio.

Sciendum eſt ſcḋo ꝙ̄ primus modus huiꝰ fallacie eſt qñ dictio principaliter plura ſignificat ſic ꝙ in vna ꝑmiſſa accipitur ꝓ vno ſignificato et in alia vel in concluſione ꝓ alio vt oīs equus eſt irronalis. iudex eſt equꝰ: ergo iudex eſt irronalis. Similiter quicūqꝫ diſcūt ſūt ignari. ſcientes diſcūt: ergo ſciētes ſunt ignari. Soluūtur iſti paralogiſmi negando conſequentiaʒ. qꝛ dictio equoce accipitur in ipſis: nam in maiore primi argumenti lꝫ equus accipitur pro aīali ⁊ in minori ꝓ iuſto ⁊ recto. ſimiliter diſcūt in maiori accipitur vt idem eſt ꝙ recipere doctrinā. ⁊ in minori vt idē eſt ꝙ dare doctrinā. Et aduerte ꝙ̄ etiam dictiones minꝰ principales ſunt equoce ſicut ꝓpoſitiones ſcḋm ꝙ denotāt aliā ⁊ aliam habitudinem. vt quicquid eſt de anglia eſt de terra: ille pānus eſt de anglia. ergo ille pānus eſt de terra. ſimiliter quicquid eſt in hoc corpe eſt aq̄. ſed color eſt in hoc corpe: ergo color eſt aq̄. Soluuntur negan

do ꝯſequentiã: qꝛ ille ꝓpoſitiões accipiuntur in maioꝛi et in minoꝛi ſm aliã et aliã habitudinẽ. Sed ſecũdus modus pꝛouenit ex eo ꝙ dictio ſignĩt vnũ ꝓncipal̃r et aliud trãſſumptiue ſeu minꝰ pꝛincipal̃r vt ſanũ pꝛincipal̃r ſignĩt aĩal hñs ſanitatẽ et minꝰ pꝛincipaliter ſignĩt ſignũ ſanitatis. et ideo ſic paralogiſatur. omne ſanũ eſt animal: vrina eſt ſana: g̃ vrina eſt animal. Soluitur negãdo ꝯñam. nam ſanũ aliter accipitur in maioꝛi et in minoꝛi.

Sciendum eſt tertio ꝙ tertius modus huius fallacie eſt quando dictio ꝑ ſe ſumpta vnũ ſignĩt et ſumpta cum alia plura ſignificat vt moꝛtale ſignĩt potẽs moꝛi. ſed quãdo ponitur cũ in dicendo imoꝛtale tunc duo ſignĩt. nã vel ly in negat actũ tantũ. et tunc valet tantum ſicut potens nõ moꝛi vel negat actũ et potẽtiã ſimul. et ſic valet tm̃ ſicut nõ potens moꝛi. et ſꝫ hoc paralogiſatur omne imoꝛtale eſt perpetuũ potens nõ moꝛi eſt imoꝛtale: ergo potẽs nõ moꝛi eſt perpetuũ. Soluitur diſtinguendo maioꝛẽ eo ꝙ ly in. in maioꝛi põt negare actum et potentiam. et ſic maioꝛ eſt vera et minoꝛ falſa: vel poteſt negare actũ tm̃ et tunc maioꝛ eſt falſa ⁊ minoꝛ vera vel põt ſolui negando ꝯñam: qꝛ imoꝛtale equoce accipiĩ i maioꝛi ⁊ in minoꝛi. ¶ Circa hoc querĩt vtrũ omnis ꝯña ſit bona. cuius ex oppoſito ꝯñtis infertur oppoſitũ antecedentis et arguĩt ꝙ nõ: qꝛ ibi eſt bona ꝯña. chimera eſt. g̃ nulla chimera ẽ. et tamẽ ex oppoſito ꝯñtis nõ infertur oppõm añtis cum ſit idẽ cũ añcedẽte. Pꝛo ſolutiõe ponunĩ aliq̃ ꝓpões. Pꝛia eſt ꝙ per oppoſitũ intelligĩ ꝯtradictoꝛiũ. ſcõa pꝛopoſitio non ex cuiuſlibet bone ꝯñe ꝯtradictoꝛio ꝯſequentis infertur oppõm antecedẽtis qꝛ mĩte ſunt bone ꝯñe quarũ cõtradictoꝛia ꝯña non ſunt. Tertia ꝓpõ nulla ꝯſequentia eſt bona niſi ꝯſequentia qua arguĩt ex oppoſito ꝯñtis ad oppoſitũ antecedentis ſit bona. Quarta ꝓpõ. ex cuiuſlibet bone ꝯñe ꝯtradictoꝛio ꝯſequentis põt inferri oppoſitũ antecedẽtis. Quinta ꝓpoſitio cuiuſlibet bone ꝯñe ꝯtradictoꝛiũ ꝯſequentis repugnat antecedẽti. vnde ꝓpões dicunĩ repugnare que ſic ſe habent ꝙ impoſſibile eſt ita eẽ ſicut per vnã adequate ſignificaĩ quin ita ſit ſicut ꝑ aliã adequate ſignificatur. Ex quo ſequiĩ ꝙ nõ eſt incõueniẽs idẽ repugnare ſibiipſi. Sexta ꝓpõ eſt ex cuiſlibet boni ſillogiſmi contradictoꝛio ꝯcluſionis cũ altera ꝑmiſſarũ inferĩ oppoſitum alterꝰ ꝑmiſſe. Septima ꝓpõ. q̃cquid ſeq̃tur ad ꝯñs bone ꝯñe. ſequiĩ ad eius antecedẽs. Octaua ꝓpõ. q̃cquid antecedit ad antecedens antecedit ad conſequens.

Arguitur ſic pꝛimo iſta vox homo plura ſignĩt. g̃ eſt dictio equiuoca. Scõo ſic. iſta ꝓpõ omnis canis currit eſt ſimpl̃r negãda cum ly canis diſtribuaĩ pꝛo oĩ ſuppoſito. g̃ nõ eſt diſtinguenda. Tertio ſic. iſte paralogiſmꝰ fit ſm equiuocationẽ quicũq; ſanabatur ſanus eſt laboꝛans ſanabatur: g̃ laboꝛãs ſanus eſt. et tamẽ nõ fit ſm aliquẽ triũ modoꝝ: igitur.

Ad pꝛimũ dicĩ ꝙ ille terminus hõ et quilibet terminꝰ cõmunis duo ſignĩt. vnũ de ſignificato pꝛimario ⁊ adeq̃to puta humanitatẽ et aliud de ſignificato ſcd̃ario ⁊ inadequato puta foꝛtẽ petrũ. ſed non ſignificat illa equiuoce. ¶ Ad ſcõꝫ dicitur ꝙ ly canis bene diſtribuitur pꝛo oĩbus ſuis ſuppoſitis: ſꝫ nõ diſtribuiĩ vna diſtributione: ſꝫ pluribꝰ. ¶ Ad tertiũ dĩ ꝙ de hoc eſt difficultas. dicũt aliq̃ ꝙ fit ſm pꝛimũ modũ equiuocatiõis et ꝙ pꝛimꝰ modus fit etiã quãdo arguĩt a magis amplo ad minus amplũ. alij dicunt ꝙ nõ eſt paralogiſmꝰ in dictiõe. qꝛ poteſt habere cauſam apparentie extra dictionẽ puta in mẽte ⁊ dicũt ꝙ ẽ ꝑalogiſmꝰ accidentis.

Textus.

Quid eſt fallã amphibolie

Amphibolia eſt multiplicitas oꝛationis eiuſdem ſm ſubſtantiã et ſm modũ pꝛoferendi diuerſa ſignificantis. Fallacia autẽ amphibolie eſt deceptio pꝛoueniẽs ex idẽtitate oꝛationis eiuſdẽ ſm ſubam ⁊ ſm modũ pꝛoferẽdi diuerſa ſignificãtis. Cauſa apparentie eſt identitas oꝛõnis eiuſdẽ ſm ſubaꝫ et ſm modũ pꝛoferẽdi. Cã falſitatis eſt diuerſitas ſignificatoꝝ. Et dĩ amphibolia ab amphi qđ ẽ dubiũ et bole ſentẽtia quaſi dubia ſentẽtia. Amphibolie tres ſunt modi. Pꝛimus modꝰ ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua oꝛõ pꝛĩcipal̃r plura ſignificat vt liber ariſtotelis. Hec enĩ oꝛõ eſt duplex. vno modo idẽ eſt ꝙ liber editus ab ariſtotele. alio mõ idẽ eſt ꝙ liber poſſeſſus ab ariſtotele. Et foꝛmaĩ ſic paralogiſmꝰ: q̃cquid eſt ariſtotelis poſſideĩ ab ariſtotele iſte liber ẽ ariſtotelis. g̃ poſſidetur ab ariſtotele vtraq; pꝛemiſſaꝝ eſt duplex vt dictũ eſt. Secundus modꝰ amphibolie ꝓuenit ex tranſſumptiõe oꝛõnis. Tranſſumptio aũt oꝛatiõis eſt qñ oꝛatio pꝛopꝛie ſignificans vnũ trãſſumiĩ ad ſignificãdum aliud ꝓpter aliquã ſimilitudinẽ repertam in ipſis vt littus araĩ: trãſſumitur ad operaꝫ perdi. Et foꝛmaĩ ſic paralogiſmus quicq̃d aratur aratro ſcinditur. littus aratur quando indocilis docetur. ergo quando indocilis docetur littꝰ aratro ſcindiĩ. Minoꝛ eſt duplex. quia littus arari ſigni

ficat proprie terrā ſcindi. tranſſumitꝰ autē ad operā pdi. et eſt ſimilitudo in hoc qꝛ qui littus arat operam pdit et fruſtra laborat. Tertius modus amphibolie prouenit ex eo qꝛ aliqua oratio cōpoſita plura ſignificat. ſeparata vero vnū ſolum. vt ſeculū ſcit hec enim oratio eſt duplex. ſignificat enī qꝛ aliquis ſciat ſeculū vel qꝛ ſeculū habeat ſcientiā de aliquo: et ideo iſta oratio eſt duplex ex eo qꝛ verbū ſcit pōt ordinari cū hoc qd̄ eſt ſeculum a parte ante: et ſic eſt vera. et ſic nō ſequitꝰ concluſio vel a parte poſt et ſic eſt falſa: et ſic ſequitur cōcluſio. Similiter qcquid ſcit hoc ſcit. qꝛ hec dictio hoc ſupponere poteſt huic verbo ſcit vel apponere Similiꝰr hic quoſcūqꝫ vellē me accipere vellē qꝛ acciperēt me pugnātes vellē me accipere: ḡ vellem qꝛ pugnātes acciperēt me: maior ē duplex quia hec dictio me pōt ordinari cum iſto verbo accipere a parte ante. et ſic eſt vera et nō ſequitꝰ concluſio vel a parte poſt et ſic eſt falſa et ſequitꝰ cōcluſio. Similiꝰ iſta dictio pugnantes pōt ſupponere vel apponere. Similiꝰr hic quicquid videt aliquis hoc videt columnā aliquis videt: ḡ columna videt: maior eſt duplex vt dictū eſt in aliis. Similiter hic quicunqꝫ ſunt epī ſunt ſacerdotes: aſini ſunt epī: ergo aſini ſunt ſacerdotes vtraqꝫ premiſſarum eſt duplex ex eo qꝛ hec dictio epī pōt eſſe nōīatiui caſus vꝰl genitiui. Quod aūt deceptio facta ex diuerſitate caſus faciat āphibolīā pꝫ: qꝛ caſus datus ē dictiōi ad hꝰ vt ordinetꝰ cuꝫ alia dictiōe. Sꝫ ordīatio dictiōis cum dictiōe facit āphibolīā. et nō equocationē hꝰ enī pꝫ ab ariſtotele formāte paralogiſmos āphibolie ſꝫ diuerſitatē caſus: et nō equocatiōis. Sciēdū ē qꝛ ariſtoteles ponit tres modos cōmunes equocatiōis et amphibolie. Primus modꝰ ē qn̄ dictio vel orō plura pncipaliter ſignificat: dictio vt canis: oratio vt liber ariſtotelis. Secundꝰ modꝰ ē qn̄ ſic ſoliti ſumus dicere ſm trāſſumptionē. Trāſſumptio in dictiōe: vt ridere in orōne vt littus arat. Tertius modꝰ ē qn̄ cōpoſitū plura ſignificat ſeparatim vero vnū ſoluꝫ. Exemplū in equiuocatiōe vt ī his dictiōībꝰ īmortale icorruptibile. Exēplū in amphibolia: vt in iſta oratiōe ſeculū ſcit. In oībus enī iſtis cōpoſituꝫ plura ſign̄t ſeparatī vero vnū ſolū. Queritꝰ de diſtinctiōe iſtoꝝ triū modoꝝ cōmuniū quoꝝ pmꝰ ē quātū ad equiuocatiōnem qn̄ vnū nomen pncipaliꝰr plura ſignificat: ſcd̄s puenit ex trāſſumptiōne. Tertꝰ ē qn̄ vnū nomē cōpoſitū plura ſign̄t ſimplex vero vnū ſolū vt īmortale icorruptibile. et hoc totū verꝫ. Sꝫ tūc obijcitꝰ deceptio pueniens ex cōſignificatiōe dictiōis nō cōtinetur ſub aliquo iſtoꝝ triū modoꝝ in equocatiōe. Vbi gr̄a ſicut in hꝰ ſillo qcunqꝫ ſanabatꝰ ſanꝰ ē: laborās ſanabatꝰ ḡ laborās ſanꝰ ē: nō cōtinetꝰ ſub tertio mō qꝛ laborans nō eſt dictio cōpoſita nec ſub ſecūdo: qꝛ hec dictio laborans nō tenetꝰ trāſſūptiue nec ſub pmo: qꝛ pmꝰ puenit ex pncipali ſignificatione: ſed hec dictio laborās nō ſign̄t pncipaliꝰr tps. ſꝫ ex cōſiti p accidētia: ḡ illa deceptio facta in cōſignificatiōe nō ē ſub aliquo iſtoꝝ triū modoꝝ. Solutio deceptio facta ex cōſignificatiōe dictiōnis nō cōtinetꝰ ſub pmo mō equocationis. Ad hꝰ qꝛ obijcitꝰ qꝛ pmꝰ modꝰ puenit ex pncipali ſignificatōe dicēdū eſt qꝛ pncipalꝰ ſignificatio appellatꝰ hꝰ quicqd̄ et eadeꝫ impōne iportatꝰ p dictionē ſꝫ et eadē impōne ſignificat qꝛ libꝫ dictio ſignificationē: et ſua acciñ. Ille enī q̄ ipoſuit hoc nomen lapis ad ſignific idū lapidē ſub tali gn̄e ſub tali nūero ipoſuit. et ſic eadē impōne ipoſuit ipoſitiōe: qꝛ hꝰ dctō laborās iportat ſuū ſignificatū et cōſignificatū et ſic de aliis vꝰl dicēdū ē qꝛ pncipalꝰ ſignificatio ponitur ī pmo mō equiuocationis

et āphibolie ad remouēdū trāſump⸗
tionē in eis: q: trāſūptio ſignificat
p dictionē nō pncipalr: vt ridere nō
pricipalr ſignificat florere ſ; trāſū⸗
ptiue p quādā ſilitudinem. vt h̄ dictio
laborās ſignificat pn̄s tpus ⁊ pteri
tu; iperfectū. Itē q̄rit q̄re deceptio
facta ex q̄buſdā accidētib⁹ facit eq̄⸗
uocationē ⁊ ex q̄buſdā āphibolia: ſo
lutio. Dico q̄ q̄dā ſūt accn̄tia q̄ cōſe⸗
quūtur dictionē nō abſolute: ſ; put ē
ordiabil cū alia dictōe: ſic caſus nūe
r⁹ ordinātur p dictiōes adiuicē p ta
lia accn̄a: male ei diceret hoies cur⸗
rit: q: ibi n̄ ē debit⁹ nūer⁹ nec debit⁹
cāus: ⁊ dceptio ex talib⁹ accn̄tib⁹ nō ē
deceptio in orōe ⁊ ſic ē āphibolia ⁊ n̄
in equocatiōe. S; ſūt alia accn̄tia ab
ſoluta q̄ ꝯn̄tur dictionē p ſe: vt tpus
et gen⁹: ⁊ p talia accn̄tia nō ordinan
tur dictiōes adiuicē: q: ſic bn̄ dr bō
currit: ita bn̄ dr bō currebat. vn̄ l; tē
pus variet manet tn̄ eadē ꝯſtructio
et iō nō ꝯſtruūt mediāte tpe. ⁊ ſic de
ceptio ex talib⁹ accn̄tib⁹ fit in dictōe
⁊ ita in equocatione ⁊ nō i āphibolia

¶ Primo ſciendū eſt q̄ amphibolia capit du⸗
pliciter. vno mō large ꝓ omi oratione habente
ſenſu; dubiū. Alio mō capit ſtricte ꝓ omi orōe
hn̄te ſenſum dubiū ꝓueniēs ex multiplicitate
actuali orōnis multiplicis. ⁊ nō dictionis equo
ce. ⁊ ſic capit hic. ⁊ pōt ſic diffiniri. amphibolia
eſt multiplicitas orōnis amphibolice eade; in
materia ⁊ forma hn̄s diuerſos ſenſus vel diuer
ſa ſignificata nō ꝓuenientes ex multiplicitate
dictionis equoce. Vnō fallacia amphibolie eſt
idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex idē ptitate orō
nis diuerſa: vel diuerſos ſenſus hn̄tis. Paſſiue
etiā pōt diffiniri ſicut fallacia equoccationis. vn̄
cā apparētie ei⁹ eſt idēptitas actualis dictiōis
orōnis multiplicis. ſed cā defect⁹ eſt multiplici
tas ſenſuū illi orōni corn̄dētiū nō ex pte dictō
nis equiuoce. ſed ex parte orōnis multiplicis.

Sciendū eſt ſcdo q̄ ipſius fallacie
āphibolie ſūt tres modi ſicut ipſius fallacie eq̄
uocationis. Prim⁹ ꝓuenit ex eo q̄ aliq̄ oratio
eq̄ pmo plures ſenſus h;. ſic q̄ in vna pmiſſarū
accipiat ꝓ vno ⁊ in alia vel in ꝯcluſione ꝓ alio
et ſm iſtū modū ſic palogiſat. quoſcūq; vellem
me accipere. vellē q̄ acciperēt me. ſ; inimicos
vellē me accipere. g̊ vellē q̄ inimici acciperēt me
vn̄ dict⁹ palogiſm⁹ ſoluit p hoc q̄ ly me in vtra
q; pmiſſa; ꝯſtruit ante vel poſt vel in vna a p̄te
ante ⁊ in alia a pte poſt. Vn̄ qn̄ ꝯſtruit an̄ ſen
ſus eſt de q̄buſcūq; vellē me accipe vellē q̄ acci
perēt me. ⁊ ſic maior eſt falſa. ſ; a pte poſt tunc
minor eſt falſa. ⁊ eſt ſenſus. i. inimicos vellē me ac
cipere. i. de inimicis vellē q̄ acciperēt me. ⁊ tūc
iſtis duob⁹ modis ꝯn̄a eſt bona: ſ; ſi tertiū puta
q̄ in vna cōſtruat a parte ante ⁊ in alia a parte
poſt nō valet ꝯn̄a. ſ; ꝯmittit fallacia āphibolie
Scdus modus ꝓuenit ex eo q̄ aliq̄ orō ſignifi⸗
cat plura vel h; plures ſenſus vnū pmo ⁊ pnci
paliter. ⁊ aliū min⁹ pncipaliter ſiue attributiue:
et tunc vel in vna pmiſſarū capit ꝓ ſignificato
principali ⁊ in alia ſeu in cōcluſione ꝓ ſignifica
to min⁹ principali ⁊ ſm iſtū modū ſic palogiſa
tur. q̄cūq; haurit aq̄s cribro eſt iuxta aq̄s: ſ; ſco
laris ſine libro haurit aq̄s cribro: g̊ ſcholaris ſi
ne libro eſt iuxta aq̄s: modus ſoluēdi eſt diſtin
guēdo iſtam. haurit aq̄s cribro: q: vel capit in
minore ⁊ in maiore eodē mō. ⁊ ſic bn̄ ſeq̄tur: ſed
ſicut cōcluſio eſt falſa ita aliq̄ pmiſſa; vel non
capiēdo eodē mō in vtraq;. ſ. in maiori ⁊ in mio
ri ⁊ tūc nō ſeq̄tur ſed cōmittit iſta fallacia.

Tertio ſciendū eſt q̄ tertius mod⁹
hui⁹ fallacie ꝓuenit ex eo q̄ aliq̄ orō p ſe ſump
ta vnū ſignificat. ſed iūcta cū alia h; diuerſas
ſignificationes. vt hec orō hoc videt h; tn̄ vnā
ſignificationē. ſ. hec res videt ſ; iūcta iſti q̄cq̄d
aliq̄s videt h; diuerſas ſignificatiōes. vn̄ ly hic
pōt teneri duplr. vno mō in noiatiuo caſu ⁊ ſic
eſt ſenſus q̄cquid aliq̄s videt hoc videt. i. quā⸗
cūq; re; aliq̄s videt illa res videt. vel pōt tene
ri in actō caſu ⁊ ſic eſt ſenſus quācūq; re; aliq̄s
videt illā re; videt. Et ſm hoc ſic palogiſat. q̄c
quid aliq̄s videt hoc videt parietē aliq̄s videt
ergo paries videt. modus ſoluēdi eſt. diſtiguē⸗
do illā hoc videt: q: ly hoc pōt teneri in noiati⸗
uo caſu vel actō vt viſum eſt. ¶ Circa hoc q̄rit
vtrū illa regula in qua dr: q̄ q̄cquid ſeq̄tur ad
ꝯn̄s bone ꝯn̄e ſeq̄tur ad eius an̄s ſit bona. ⁊ ar
guit q̄ nō: q: nō ſeq̄tur ad oēm ꝓpōnem eē ve⸗
ram ſeq̄tur aliquā ꝓpōnē eſſe verā ⁊ ad aliquā
ꝓpōem eſſe verā ſeq̄tur hoiem eſſe aſinū: q: ad
illā eſſe verā tu es aſin⁹ ſeq̄tur te eſſe aſinu;: g̊
ad oēm ꝓpōem eſſe verā ſeq̄tur te eſſe aſinum
Rn̄detur q̄ regula eſt bona: ⁊ ad rōe; dr q̄ ma
ior eſt vera tam in ſenſu cōpoſito q̄ in ſenſu di
uiſo. ⁊ mior in ſenſu cōpoſito eſt falſa ſ; in ſen
ſu diuiſo eſt vera. ſ; tūc nō ſeq̄tur ꝯcluſio: vnde
ſenſus cōpoſit⁹ minoris eſt ille ad talē ꝓpōnem
aliqua ꝓpoſitio eſt vera ſequitur te eſſe aſinū.
ſed ſenſus diuiſus eſt ad aliquam propoſitio⸗
nē puta ad iſtā tu es aſin⁹ ſeq̄tur te eſſe aſinū.

Arguitur ſic primo in multis falla
cijs eſt dubia ſn̄ia: g̊ fallacia amphibolie nō eſt
diſtincta ab alijs. ¶ Scdo ſic: ſm multiplicita
tem hui⁹ orōnis. epi ſunt aſini fit fallacia am⸗
phibolie ſic palogiſando. quicūq; ſunt epi ſunt
hoies. aſini ſunt epi. g̊ aſini ſunt hoies ⁊ tn̄ ꝓ⸗
uenit ex pte dictionis ſc; de ly epi. Tertio ſic.
ois oratio tn̄ vnū ſignificat. ſc; cōpoſitionē pdi
cati cū ſubo: g̊ ſm nullā fit fallacia āphibolie.

Ad primū dr̄ ꝙ amphibolia pōt ca pi dupl̄r. vno mō large ⁊ alio mō ſtricte vt viſū eſt in pmo notabili. ❡ Ad ſcdm dr̄ ꝙ talis mul tiplicitas nō ꝓuenit ex pte de ly cͥpi ſm ſe ſed ex pte illius termini cͥpi in ordine ad alios ter minos. ❡ Ad tertiuʒ dr̄ ꝙ oratio nō ſignificat cōpoſitionē ꝑdicati cū ſubiectꝫ dn̄ verū eſt ta lis cōpoſitio denotaṫ ꝑ illud verbum eſt.

Sequitur de fallacijs facientibus multiplex potētiale. ſ. de cōpōne diuiſione ⁊ accētu: ⁊ pꝰs de ꝯpōne ꝙ de alijs: qꝛ paralogiſmi fiunt efficatiores ſm ꝯpōnē ad finē ſophiſticū q̄ eſt apparēs ſapia ⁊ nō exiñs: ⁊ iō pꝰ dicēduʒ eſt de ꝯpōne ꝙ de alijs. Cōpō ē eoꝝ q̄ dn̄t diuidi falſa vnio. Diuiſio xͦo eſt eoꝝ q̄ dn̄t cōponi falſa diſio. Fallacia cōpōnis eſt ydoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex identitate orōnis vniꝰ ⁊ eiuſdē ſm materiā ⁊ ſm ſitum magꝭ debitū ptibꝰ in orōne poſitis. Cā apparētie huiꝰ fallacie eſt orō diuiſa hn̄s idēptitatē in maťia cū orōe cōpoſita. Cā falſitatꝭ ſiue defectꝰ eſt diuerſitas ſenſus cōpoſiti ⁊ diuiſo. Notandū ꝙ qn̄ orō eſt xͣa in ſenſu diuiſo ⁊ falſa in ſenſu ꝯpoſito. tūc ē fallacia ꝯpōnis: dr̄ tn̄ orō cōpoſita qn̄ determīatio determīat illō determīabile qō magꝭ apta nata eſt determīare et ſilr̄ dr̄ orō cōpoſita qn̄ dictōes ordinanṫ ſm ſitū magꝭ debitū: ⁊ dr̄ orō diuiſa qn̄ determīans determīat illud determīabile qō nō eſt magꝭ apta nata determīare vl̄ qn̄ dictiones ordinanṫ ſm ſituʒ mīme debitū. Vn̄ ſumiṫ hec orō gr̄a exēpli: qcq̄d viuit ſemꝑ eſt. in iſta orōne ſūt duo determīata. ſ. hoc verbū viuit: ⁊ hoc xͦbuʒ eſt. ⁊ eſt vna determīatio. ſ. ſemꝑ. ſi ergo hͦ determīatio. ſ. ſemꝑ determīat hoc verbū ē qō poniṫ a pte ꝑdicati ſicut dr̄ orō cōpoſita: qꝛ tūc determīatio determīat determīabile qō magis apta nata eſt determīare: qꝛ illud verbuʒ eſt poniṫ in ſitu determīato. ſ. in ꝑdicato. Si aūt determīat hoc verbuʒ viuit: ſic dr̄ diuiſa: qꝛ determīat illud determīabile qō eſt minꝰ apta nata determīare: qꝛ illud verbū viuit nō poniṫ in ſitu determīato ipſius xͦbi: ⁊ tūc dictiones ordinātur ſm ſitū minꝰ debituʒ. Iſtiꝰ fallacie duo ſunt modi. Primꝰ modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliqō dictum pōt ſupponere ꝑ ſe toto vel ꝑ pte ſui Et ſm iſtū modū ꝑalogiſaṫ ſic: quēcūq; poſſibile eſt ābulare poſſibile ē ꝙ ipē ābulet: ſedentē poſſibile ē ambulare. ergo poſſibile eſt ꝙ ſedēs ambulet. Ad hoc dicēdū eſt ꝙ mior eſt duplex: qꝛ ſi hoc dictū ſedentē ābulare ſupponat ꝑ ſe toto huic ꝑdicato poſſibile eſt. i. ſedēs ſedēdo pōt ābulare: tunc hec cōpoſita eſt falſa. ſicut etiā ē īpoſſibile dicere ꝙ ſedēs ābulet. Si aūt iſtud dictū ſupponat pro pte ſui: tūc ē diuiſa ⁊ xͣa ⁊ nō ſeqtur ꝯclō ⁊ eſt ſenſus ſedentē poſſibile ē ābulare. i. ſedēs nūc hꝫ potentiaʒ vt poſtea ābulet: ⁊ ſilr̄ quēcūq; eſt poſſibile ſcribere poſſibile eſt ꝙ ipē ſcribat: nō ſcribentē ſcribere eſt poſſibile. ergo poſſibile eſt ꝙ nō ſcribēs ſcribat. Dicendū eſt ad iſtū ꝑalogiſmuʒ ſicut ad prim. Scd̄s modꝰ ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̄ determīatio pōt referre diuerſa: ⁊ penes iſtū modū ꝑalogiſaṫ ſic q̄cūq; litteras ſcit nūc didiſcit eas: ſꝫ iſte antiquꝰ grāmaticꝰ ſcit litteras ergo nūc didiſcit eas. dicendū ꝙ maior eſt duplex: qꝛ hͦ determīatio nūc pt determīare hoc xͦbū didiſcit: ⁊ ſic eſt cōpoſita ⁊ falſa ⁊ ſeqtur cōcluſio vl̄ pōt determīare hoc xͦbū ſcit: ⁊ ſic ē diuiſa ⁊ xͣa ⁊ nō ſeqtur ꝯcluſio. Silr̄ hͦ qō vnū ſoluʒ pōt ferre pl̄a pōt ferre: ſꝫ quod nō pōt plura ferre pōt vnum ferre. ergo quod nō pt pl̄a ferre pōt plura ferre. Dicendū ꝙ maior eſt duplex: qꝛ hͦ determīatio ſolū pōt determīare hoc xͦbuʒ pōt ſic maior eſt falſa ⁊ cōpoſita: ⁊ ē ſēſus ꝙ illud qō nō pōt ferre vnū cū alio pōt ferre plura

vel põt determiare h verbũ ferre ꝛ ẽ ſenſus ver⁹ ꝛ ꝓpõ diuiſa vera ſub h ſenſu qd põt iã facere vnũ ſolũ ꝛ ferre nõ pl'a ꝑt pl'a ferre. Silr tu ſcis tm̃ tres hoies currere poſito caſu ꝙ ſex currãt ꝛ neſcias de trib⁹ h eſt duplex: qꝛ hec dictio tm̃ põt determiare hoc ṽbũ ſcis: vl' currere. ſi determiat hoc verbũ currere ſic ẽ ꝯpoſita ꝛ falſa: ſi ſcis tũc eſt diuiſa ꝛ ṽa et ꝑalogiſaẗ ſic. tu ſcis tm̃ tres hoies currere. poſito caſu ꝙ ſex currãt. ſꝫ qcqd ſciẗ eſt verũ: g̃ tm̃ tres hoies currere verũ eſt. maioꝛ ẽ duplex vt iam dictũ eſt. De falſa diuiſionis. Quid ſit diuiſio dictũ eſt pri⁹ Falſa diuiſiõis eſt idoneitas decipiendi ꝓueniẽs ex eo ꝙ oꝛo aliq̃ ꝯpoſita ẽ vera ꝛ diuiſa falſa vna ꝛ eadẽ manens ſm materiã differẽs ſm foꝛmã diuerſa ſigñt q̃ crediẗ eſſe ṽa in ſenſu diuiſo. eo ꝙ veritatẽ hꝫ in ſenſu ꝯpoſito. Cã apparẽtie hui⁹ fallacie ẽ oꝛo ꝯpoſita hñs idẽtitatẽ in materia cuꝫ oꝛone diuiſa vel cã apparẽtie eſt idẽtitas oꝛonis eiuſdẽ ſm ſubãꝫ ꝛ ſm ſitum minus debitũ. Cã defect⁹ eſt diuerſitas ſenſus diuiſi a ſenſu cõpoſito. Iſti⁹ fallacie duo ſũt mõi. Prim⁹ modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̃ ꝯiunctio põt copulari inter termios vel inter ꝓpõnes ꝛ ſm iſtũ modũ ꝑalogiſatur ſic. Quecunqꝫ ſunt duo ꝛ tria ſũt duo ꝛ ſunt tria qnqꝫ ſũt duo ꝛ tria: g̃ qnqꝫ ſunt duo ꝛ qnqꝫ ſunt tria. Ad hoc dicendũ eſt ꝙ minoꝛ eſt duplex: qꝛ hec ꝯiunctio et. põt ꝯiungere ꝛ copulare inter terminos vel inter ꝓpões. ſi inter terios ſic eſt vera ꝯpoſita. ꝛ ẽ ſenſus duo et tria ſil' iuncta faciũt qnqꝫ ſi inter ꝓpões: ſic eſt falſa ꝛ diuiſa: ꝛ eſt ſenſus ꝙ duo ſunt qnqꝫ ꝑſone ꝛ ꝙ tria ſũt qnqꝫ ꝑſone qd ẽ falſꝫ. Silr ẽ h q̃cũqꝫ ſũt duo ꝛ tria ſũt ꝑiã ꝛ iparia: qnqꝫ ſũt duo ꝛ tria: g̃ qnqꝫ ſũt paria ꝛ iparia dicẽdũ eſt ꝙ minoꝛ eſt duplex qꝛ ibi põt eſſe copulatio inter terminos ꝛ ſic eſt vera et ꝯpoſita: ꝛ eſt ſenſus. quinqꝫ ſunt duo ꝛ tria ſimil' cõiuncta. vel ibi eſt copulatio inter ꝓpoſitiones et ſic eſt falſa ꝛ diuiſa. et eſt ſenſus quinqꝫ ſunt duo et qnqꝫ ſunt tria qd eſt falſũ. Silr hic. oĩe aĩal eſt rõnale vel irrõnale. ſed non omne animal eſt rationale. g̃ omne aĩal ẽ irrõnale. Dicendũ ꝙ maioꝛ eſt duplex eo ꝙ iſta cõiunctio vel poteſt ꝯiungere inter terminos ꝛ ſic eſt vera ꝛ ꝯpoſita vel inter ꝓpõnes ꝛ ſic eſt falſa ꝛ diuiſa. Silr hic. oĩe aĩal vel eſt ſanũ vl' eſt egrũ. vel hic. oĩs ſubã ẽ coꝛpea vl' incoꝛpa. vel hic oĩs linea eſt recta vl' curua. vñ oẽs iſte ſunt vere qñ ꝯiunctio cõiungit inter termios ꝛ ſunt cõpoſite. Sed ſunt falſe qñ ꝯiunctio cõiungit inter oꝛones ꝛ ꝓpões ꝛ diuiſe. qꝛ ꝯiunctio ꝑ ſe ꝛ primo ẽ ꝯiunctiua ꝑtiũ oꝛonis ex ꝯñti ipa coniũgit oꝛonẽ cũ oꝛone. Scđus modus hui⁹ fallacie diuiſionis ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua determiatio põt referri ad diuerſa: vt hic quo vidiſti hũc ꝑcuſſũ ꝑcuſſus eſt. ſed oculo vidiſti hũc ꝑcuſſum ergo oculo ꝑcuſſus eſt. dicendũ eſt ꝙ minoꝛ eſt duplex. qꝛ iſte ablatiu⁹ oculo põt determiare hoc ꝑticipiũ ꝑcuſſus. et ſic eſt diuiſa ꝛ falſa et ẽ ſenſus tu vidiſti hunc ꝑcuſſũ oculo ꝛ ſic ſeqtur ꝯcluſio vel põt determiare hoc verbũ vidiſti: ꝛ ſic eſt cõpoſita ꝛ vera et tunc ẽ ſenſus. tu vidiſti cũ oculo hũc ꝑcuſſũ: ſed tunc non ſequiẗ concluſio.

¶ Primo ſciendũ eſt ꝙ poſtq̃ determinatũ eſt de fallacijs que fiunt ſm multiplex actuale ꝯſequenter determinanduꝫ eſt de fallacijs que fiũt ſm multiplex potẽtionale. et primo de fallacia compoſitiõis et diuiſionis. Unde cõpoſitio ſm quã fit fallacia cõpoſitionis/ eſt diuidẽdoꝝ acceptio ſm vnionẽ eoꝝ adinuicẽ ſm quaꝫ faciunt ſenſum falſum que ſi acciperentur ſm eoꝝ diuiſionẽ facerent ſenſum verũ. Sed diuiſio eſt cõponendoꝝ ſeparatio hoc eſt ꝙ ibi eſt diuiſio qñ termini accipiunẗ ſm ſeꝑationẽ quã habent adinuicẽ ſm quã faciunt ſenſum falſum que ſi acciperentur ſm eoꝝ vnionẽ facerent ſenſuꝫ verꝫ Unde fallacia compoſitionis eſt idoneitas decipiendi ꝓueniẽs ex identitate oꝛationis ꝯpo

ſite falſe et diuiſe vere.i.fallacia cōpoſitiōis fit quando arguit a ſenſu diuiſo vero ad ſenſuȝ cōpoſitum falſum. Cauſa apparentie eſt idoneitas orationis ɔpoſite cū diuiſa. ſed cā defectus eſt diuerſitas ſenſuū orationis ɔpoſite cuȝ diuiſa. Sed fallacia diuiſiōis eſt idoneitas decipiēdi proueniens ex identitate orationis diuiſe falſe et cōpoſite vere. hoc eſt fallacia diuiſionis cōmittitur qn̄ arguit a ſenſu ɔpoſito vero ad ſenſum diuiſum falſum. Cauſa apparentie eſt eius idoneitas orationis diuiſe cū cōpoſita. ſed cauſa defectus eſt diuerſitas ſenſuū illaruȝ orationum ſcȝ compoſite et diuiſe.

Secundo ſciendū eſt ꝙ ipſius fallacie cōpoſitionis et diuiſionis poſſunt aſſignari tres modi. Primus modus fit penes orationeȝ compoſitaȝ et diuiſam in quibus ponunt modi verificabiles de tota ꝓpōne. vt ſunt poſſibile impoſſibile ꝛc̄. vnde qn̄ tales modi ſe tenēt ex parte ſubiecti vel predicati faciūt ɔpoſitam. ſed qn̄ ſe tenent ex parte copule faciunt diuiſam vt ſedentē poſſibile eſt ambulare. ꝛ tūc eſt fallacia cōpoſitiōis: ſed quādo arguit a diuiſa vera ad cōpoſitā falſam eſt fallacia cōpoſitionis vt ſic arguendo quēcunqꝫ poſſibile eſt ambulare poſſibile eſt vt ambulet. ſedentē poſſibile eſt ambulare ergo poſſibile eſt ꝙ ſedēs ambulet ibi arguitur a diuiſa vera ad cōpoſitā falſam. Et ad faciēdū falſam diuiſionis ponat īpoſſibile loco de poſſibile. vt quēcunqꝫ īpoſſibile eſt ambulare impoſſibile eſt ꝙ ambulet. ſed īpoſſibile eſt ſedentem ambulare ergo ſedentē īpoſſibile eſt eſſe ambulātē Modus ſoluendi eſt negando ɔñam: qꝛ ɔmittitur fallacia diuiſionis arguēdo a ſenſu ɔpoſito vero ad ſenſum diuiſum falſuȝ: vel pōt ſolui diſtinguendo premiſſas in quib⁹ ponitur modus penes ſenſum ɔpoſitum et diuiſum. Scd̄s modus fit penes orationē ɔpoſitam vel diuiſam in qua ponitur ɔiunctio vel aduerbiū potens facere ꝓpōnem cathegoricā vel ypotheticā. vnde ſi faciat cathegoricā eſt ɔpoſita. ſi ypotheticaȝ eſt diuiſa. vt quecūqꝫ ſunt duo et tria ſunt paria et imparia. ſed quinqꝫ ſunt duo et tria: ergo quīqꝫ ſūt paria ꝛ imparia. poteſt ſolui diſtinguendo premiſſaȝ in qua ponitur ɔiunctio. vnde eſt regula generalis ꝙ quādocūqꝫ aliqua ɔiunctio vel equiualens ſicut aduerbiū ponitur inter terios tunc illa pōt diſtingui ſm̄ iſtū modū: qꝛ vel poteſt cōiungere inter terminos: ꝛ tunc eſt cathegorica: vel inter ꝓpōnes et ſic eſt ypothetica ꝛ hoc fit ꝓpter aſſiſtentes ne videatur duci reſpōdens ad illam fallaciam

Sciendū eſt tertio ꝙ tertius mod⁹ fit penes orationē ɔpoſitā vel diuiſam ī qua ponitur dictio que pōt ɔſtrui cū multis ɔſtructibilibus cū hoc tamē magis cōuenienter cū vno ꝙ̄ cum alio. vnde ſi ɔſtruatur cū illo cū quo magis conuenienter lȝ cōſtrui facit ſenſum compoſitū ſed ſi cū illo cū quo minus cōuenienter debȝ cōſtrui facit ſenſum diuiſum. vnde deteriatio magis ɔuenienter conſtruitur cū determinabili precedente ꝙ̄ ſequente. et cū ꝓpinquiori ꝙ̄ cū lōgiori. vt quicquid viuit ſemꝑ eſt: ſi ly ſemper cōſtruatur cū ly viuit facit ſenſum ɔpoſituȝ. ſed ſi cū ly eſt facit ſenſum diuiſum. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ ille modus debet ſolui ꝑ diſtinctionem illius premiſſe in qua ponitur talis dic̄o que pōt cōſtrui cū multis ɔſtructibilib⁹. ¶ Circa hoc q̄ritur vtrum illa regula generalis ſ. qua dicitur ꝙ quicquid repugnat ɔſequēti repugnat antecedenti ſit vera. et videtur ꝙ nō: quia animal ē cōſequens ad hominē. ꝛ tamē ſibi repugnat eē ſpeciē ſpecialiſſimā et tn̄ nō repugnat homini: igitur. Reſpondetur ꝙ regula eſt vera. Et pro ſolutione eſt aduertendū ꝙ antecedens capitur dupliciter. vno modo pro termino inferente et conſequens pro termino illato et ſic nō capitur in illa regula. Alio modo capitur pro ꝓpoſitōe que antecedit et conſequens pro ꝓpoſitione q̄ ſequitur et ſic capitur in regula.

Arguitur ſic primo iſte fallacie nō fiunt ſm̄ aliquod multiplex. ergo nō ſunt in dictione. aīs patet: qꝛ fiunt preter orationē cōpoſitam ꝛ diuiſam. ſed tales non habent diuerſos ſenſus qꝛ cōpoſita nō habēt niſi ſenſum cōpoſitum. ꝛ diuiſa diuiſum. ¶ Scd̄o ſic. iſte falſe nō ſunt in dictiōe. qꝛ nō ſumunt cauſam apparētie ex parte dictionis ſed orōnis. ¶ Tertio ſic. iſte falſe habent eandē cauſam apparētie cū identitate orationis: ergo nō diſtinguuntur.

Ad pmū dr̄ ꝙ cōpoſita habent tantum vnū ſenſum: et etiam diuiſa. ideo de rigore ſermonis nulla talis eſt diſtinguenda: dicuntur tamē multiplices: quia capiunt in ſenſu ɔpoſito ꝛ diuiſo ne quis videatur redargui ab aſſiſtētibus. ¶ Ad ſecunduȝ dicitur ꝙ quādo dicitur falſa in dictione. ly dictione capitur large vt ſe extendit ad orationē. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ non eſt eadē cauſa apparētie. nam cā apparentie fallacie cōpoſitionis eſt identitas orationis cōpoſite cū diuiſa. ſed cā apparētie fallacie diuiſionis eſt identitas orationis diuiſe cū cōpoſita.

Sequitur de falſa accentus. Accent⁹ eſt certa lex vel rĺa ad eleuandū vel deprimendum ſillabā vniuſcuiuſqꝫ dictionis. ꝛ iſte accentus diuiditur in accentuȝ grauē acutum et circūflexum. Grauis ē qui deprimitur in fine. Acutus accentus ē qui in fine eleuatur vel acuit. Circūflexus eſt qui acuit et deprimit ſimꝉ vel circūflex⁹ ē q̄ ꝓcedit ab ymo et ꝓcedit in altū. ꝛ finalr̄ tendit in ymum vt hieruſalē. Falſa accent⁹ eſt idoneitas decipiēdi ꝓcedēs ex multiplicitate dictiōis eiuſdē ſm̄ ſubam diuerſe ſcȝ modū ꝓferēdi diuerſa ſigntis. Cā apparētie hui⁹ falſe ē vnitas dictio

De falſa accent⁹.

nis ſm materiā vel ſm ſubſtantiā ſo⸗
luz. Cā defect⁹ ē diuerſitas ſignifica
toꝝ. Iſti⁹ fallacie duo ſunt modi. Pri⸗
mus mod⁹ ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̄ dictio
pōt ꝓferri diuerſis accidētibus: vt
hic oīs ppl'us ē arbor. gens eſt popu
lus ergo gens ē arbor. Dicendū ē ꝙ
maior eſt duplex: qꝛ pria ſillaba hui⁹
dictionis ppl'us pōt ꝓferri lōga: ⁊ ſic
eſt vera: ⁊ nō ſequit̄ cōcluſio: vel pōt
eē breuis ⁊ ſic eſt falſa ⁊ ſequit̄ ꝯclu⸗
ſio. Silr hic oīs ara ē in tēplo: ſtabu⸗
luz porcoꝝ ē ara: ergo ſtabulū porco
rum ē in tēplo. Dicendū hic ſicut pri⁹
Silr hc: quicqd amatur hamo capit̄
mulier amatur: ergo mulier hamo ca
pitur. Dicēdū ē ꝙ maior ē duplex: iō
ꝙ hec dictio amat̄ pōt ꝓferri cū aſpi
ratione vel ſine aſpiratōe: ſi primo mō
ſic ē vera ⁊ nō ſequit̄ ꝯcluſio. ſi ſcdo
mō ſic ē falſa ⁊ ſeqtur ꝯcluſio: vel ſic
quoſcūqꝫ viros iuſtū ē pēdere dignū
ē penā pati: ſed iuſtos viros iuſtuz ē
pēdere: ergo iuſtos viros dignum ē
penā pati. vn̄ vtraqꝫ premiſſaꝝ ē du⸗
plex eo ꝙ hͤ dictio pēdere pōt ꝓferri
media longa vel media breui. Scd'us
mod⁹ ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̄ vox pōt eē
dictio vel oratio: vt hic tu es quies:
ſed quies ē requies: ergo tu es requi
es. dicendū ē ꝙ maior ē duplex eo ꝙ
quies pōt eſſe dictio vel orō. ſi ſit di⸗
ctio tūc ē falſa ⁊ ſequit̄ cōcluſio. ſi ſit
orō ſic ē v̾a ⁊ nō ſeqtur cōcluſio. ſilr
hic: quicqd fecit de⁹ inuite fecit de⁹
coacte: ſed de⁹ fecit vinū inuite. ergo
de⁹ fecit vinū coacte. Dicēdū ē ꝙ ma
ior ē duplex eo ꝙ inuite pōt eē oratio
vel dictio: ſi dictio ſic ē vera. ⁊ nō ſeq̄
tur ꝯcluſio: vel pōt eſſe orō: ⁊ ſic ē fal⸗
ſa ⁊ ſequit̄ ꝯcluſio. Silr hic. quicunqꝫ
habet dilectōem ſupernā habet dile⸗
ctionē dei. vſurarius habꝫ dilectōez
ſupernā. ergo vſurarius habet dile⸗
ctōem dei. Dicendum hec dictio ſup
nam pōt capi dupliciter. Uno modo
vt eſt dictio: ⁊ ſic minor eſt falſa. ⁊ ſe
quitur cōcluſio. alio mō pōt eſſe orō:
et ſic ē vera: ⁊ nō ſequitur concluſio.
Silr hic: metuo longeuas percūte no
cte lidia dormis. vnde hec dictio me
tuo poteſt eſſe dictio vl' oratio.

¶ Primo ſciendū eſt ꝙ quattuor ſunt acciden⸗ Quotmodis capit̄ accentus
tia ſillabe. ſ. tempus: aſpiratio: numerus littera
rum: ⁊ accētus. ⁊ penes tria: ſcꝫ tēpus: aſpiratio
nem: ⁊ accentū pōt fieri fallacia. ¶ Aduerte tñ
ꝙ accētus pōt capi dupl'r. vno mō ſtricte ⁊ ſic ē
modulatio vocis penes eleuationē vl' depreſſio
nem in diuerſis eius ptib⁹. alio mō capit̄ large
vt nō diſtiguit̄ cōtra alia tria accidētia: ⁊ ſic eſt
modus ſignificatiu⁹ ꝓferēdi vel ſcribēdi dictio⸗
nem incōplexam. Dicitur notāter ſignificatiu⁹
propter eleuationē vel depreſſionē dictionuꝫ in
cantu vel melodia. nam talis non dr̄ accentus.
Dicitur notāter dictionē incōplexā ꝓpter cōpo⸗
ſitionē ⁊ diuiſionē. vn̄ fallacia accētus eſt idonei
tas decipiēdi ꝓueniēs ex idētitate materiali di
ctionis diuerſe ſm modū ꝓferendi diuerſa ſi⸗
gnificātis. Cauſa appentie eſt idētitas dictiōis
in materia. ſꝫ cā defect⁹ ē pl'alitas ſignificatoꝝ.

Sciendū eſt tertio ꝙ circa hoc que‑ ritur vtrū ꝯſequentia qua arguitur a poſitione antecedētis ad poſitionē ꝯñtis ſit bona ꝯſequē‑ tia. et videt̃ ꝙ nō quia nō ſequit̃ nō ſi hō currit aſinus currit. ſꝫ hō currit: ergo aſinus currit. et tñ arguitur a poſitione antecedētis ad poſitionem conſequētis: igit̃. ¶ Pro ſolutiōe eſt aduerten‑ dum ꝙ illa ꝯña qua arguitur a poſitione ante‑ cedentis ad poſitionē cōſequētis in cōditionali intelligitur in affirmatiua conditionali. ⁊ nō in negatiua. de negatiua tamē eſt diuerſitas. naꝫ dicunt aliqui ꝙ negatio in tali negatiua ſolum negat coniunctionē principalē ita ꝙ quando di‑ citur nō ſi homo currit aſinus currit. ſenſus eſt nō ſequitur ꝙ ſi hō currit aſinus currit ⁊ tamē eſt alia opinio que tenꝫ ꝙ negatio negat omēs copulas ſequentes et iſta ē rationabilior. ita ꝙ quādo dicit̃. nō ſi homo currit aſinꝰ currit. ſen‑ ſus eſt. ſi nullus hō currit. nullꝰ aſinus currit.

Arguitur ſic primo. nō eſt ponēda aliq̄ fallacia añcedētis ergo neqꝫ ꝯſequētis. ¶ Se‑ cundo ſic. fallacia debet denominari a termino inferēte ſicut locus dialeticꝰ. ergo magis debet dici fallacia antecedētis ꝙ̃ ꝯſequentis. ¶ Ter‑ tio ſic. omnis fallacia eſt fallacia conſequētis: ergo nō eſt diſtincta ab alijs: añs probatur. quia fallacia cō‑ ſequētis nō eſt niſi deceptio: ſed deceptio habe‑ tur a conſequēte: igitur.

Ad primū patet ſolutio in primo notabili. ¶ Ad ſecūdū dr̄: ꝙ nō eſt ſimile de ar‑ gumentis dialeticis ⁊ ſophiſticis. nā ſophiſtica denominantur a termino illato vbi dialetica de‑ nominantur a termino inferēte. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ talis fallacia nō dicit̃ preciſe fallacia conſequentis eo ꝙ deceptio cauſetur ex conſe‑ quente: ſed quia creditur ſcd̄a ꝯña ꝯuerti cū prīa que tamē non conuertitur.

Sequitur de fallacia ſm nō cauſam vt cām. Ad cuiꝰ euidētiā ſciendū ē ꝙ du‑ plex eſt ſilloꝰ. ſ. oſtēſiuus ⁊ ad ipoſſi‑ bile. Oſtenſiuus eſt q̄ hꝫ vnā ſolā cō‑ cluſionē. Silloꝰ vero ad ipoſſibile eſt qñ aliq̄d ſillogiſtice ducit̃ ad ipoſſibi‑ le et ꝑpter hoc iterimit̃ aliq̄ ꝑmiſſaꝝ q̄ erit cā illiꝰ impoſſibilis. Cū iſte ſil‑ logiſmꝰ ſp̄ hꝫ duas ꝯcluſiones. vt cū dicit̃ eſt ne hō aſinꝰ. hoc cōceſſo. Cō‑ tra. nullꝰ aſinꝰ eſt aīal rōale mortale homo ē aſinꝰ. ergo hō nō ē aīal ratio‑ nale mortale: ſed hoc eſt ipoſſibile: er‑ go et iſta hō eſt aſinꝰ. ⁊ ille ſilloꝰ eſt in quarto mō ꝑme figure. Sciendū ē enī ꝙ nō cauſa vt cā ſemper fit in ſil‑ logiſmis ad ipoſſibile. Fallacia aūt ſm non cāꝫ vt cām fit qñ non cā ponit̃ vt cā: ⁊ ꝑpter hoc apparet ſequi ipoſſibi‑ le et illō qd̄ apparet eſſe cā interimit̃ vt ſi queratur eſt ne brunellꝰ hō: quo ꝯceſſo. Contra nullꝰ aſinus ē aīal rō‑ nale mortale. ſꝫ hō ē aſinus. ⁊ brunel‑ lus ē hō. ergo hō nō ē aīal rationale mor‑ tale. h̄ aūt ē ipoſſibile. ergo brunellꝰ nō ē hō. In hac enī dicta argumētatiōe ē nō cā vt cā. quia interimit̃ id qd̄ apparꝫ eē cā et non eſt. ſ. brunellus eſt homo. Cā apparētie huiꝰ fallacie ē ꝯuenientia huiꝰ qd̄ apparet eē cā ⁊ nō ē cū eo qd̄ eſt cā. Cā falſitatis ē diuerſitas eorū‑ dem. tale enī exemplū ponit ariſtote‑ les huiꝰ fallacie: ſunt ne aīa ⁊ vita idem quo conceſſo. Contra mors ⁊ vita ſūt contraria: ſed mors eſt corruptio: er‑ go vita generatio et per conſequens viuere eſt generari: ſed hoc eſt impoſ‑ ſibile: quia q̇cq̇d viuit nō gñat̃ ſꝫ gñatū eſt: ergo aīa ⁊ vita nō ſunt idē. Hec ꝯclu‑ ſio peccat ſm cām vt cām. et h̄ enī ꝙ aīa ⁊ vita ſunt idē nō ſequit̃ ipoſſibi‑ le: ⁊ ita nō dꝫ iterimi. ſꝫ ita mors ⁊ vi‑ ta ſunt ꝯria. quia i oībꝰ his id qd̄ nō eſt cā appꝫ eē cā quia cōmunicat i terīs cū aliq̄bꝰ ꝑpōnibꝰ ex q̄bus ſequit̃ impoſ‑ ſibile. Ex iſtis pꝫ ꝙ iſta fallacia nō fit in ſilloꝰ oſtēſiuo. vt oīs hō currit. ſortes eſt hō. ⁊ ſol ē i cancro. ergo ſortes currit hic nō eſt fallacia nō cauſe vt cauſe. quia h̄ propoſitio ſol eſt in cancro non ē cau‑ ſa neqꝫ apparet eſſe cauſa ſicut appa‑ ret in ſilloꝰ ad impoſſibile.

¶ Sciendū eſt primo ꝙ cauſa in ſilloꝰ dr̄ eſſe ꝑ‑ miſſa faciēs aliq̄d ad illationē ꝯcluſiōis. qua re‑ mota nō ſequit̃ ꝯcluſio. ſed non cā eſt premiſſa nihil faciens ad concluſionem qua remota non Quid eſt cā in ſillo‑ giſmo.

minus ſeq̄tur cõcluſio apparẽs tñ aliq̄d facere vt ois aſin⁹ eſt rudibilis. omne aial eſt aſin⁹ ois hõ eſt anial ergo hõ eſt aſinus. p̄miſſa cā eſt omne aial eſt aſinus. ſ; p̄miſſa nõ cā eſt ois aſin⁹ eſt rudibilis. q: ip̄a remota nõ min⁹ ſeq̄tur cõcluſio. Cā fallacia ſm nõ cāʒ vt cām eſt idoneitas decipiēdi puenies ex eo q̄ non p̄miſſa cā appa ret facere ad illatiõnẽ ↄcluſionis ꝓpter qđ creditur q̄ ſicut cõcluſio eſt falſa ita τ illa p̄miſſa nõ cauſa. Cā apparẽtie eſt apparẽs illatiuitas illius nõ cauſe ad ↄcluſionẽ ꝓpter qđ creditur q̄ ſicut cõcluſio eſt falſa ita τ illa nõ cā. Cā defectus eſt nõ illatiuitas illi⁹ ad ↄcluſionem.

Sciendum eſt ſcđo q̄ ad faciendū palogiſmos hui⁹ fallacie opʒ facere duos pceſſus. prim⁹ eſt ſillogiſtic⁹ vel apparẽter vel vere. ſcđus q̄ fit in inferēdo falſitatē nõ cauſe ex falſitate ↄcluſionis. ideo fere hñt ſicut ſillogiſmi ad impoſſibile. Cā hui⁹ fallacie tres ſũt modi ſm q̄ p̄miſſa nõ cauſa põt tripl'r ↄuenire cū ↄcluſione. Prim⁹ fit qñ p̄miſſa nõ cā ↄuenit in ſubiecto cū ↄcluſione vt ois aſin⁹ eſt rudibilis. omne aial eſt equ⁹ ois aſin⁹ eſt aial ergo ois aſinus eſt equ⁹ ↄcluſio eſt falſa: ergo aliq̄ premiſſaꝝ τ nõ niſi iſta. ois aſinus eſt rudibilis. Scđus mod⁹ ↄuenit ex eo q̄ p̄miſſa nõ cā ↄuenit cū ↄcluſione in p̄dicato vt omne anial rõnale eſt hõ. aliq̄s aſin⁹ eſt rõnalis. aliqđ rõnale eſt hõ: ergo aliq̄s aſinus eſt hõ: ↄcluſio eſt falſa: ergo altera p̄miſſarum et nõ niſi illa. aliqđ rõnale eſt hõ. Tertius modus ↄuenit ex eo q̄ p̄miſſa nõ cā ↄuenit cū cõcluſione in ſubiecto τ p̄dicato vt nulluʒ inſenſitiuū eſt aial. aliq̄s hõ eſt inſenſitiu⁹ τ aliqđ animal nõ eſt hõ: ergo aliq̄s hõ nõ eſt aial. ↄcluſio eſt falſa: ergo aliqua p̄miſſaꝝ. τ nõ niſi iſta. vt appet. aliquod aial nõ eſt homo. Modus ſoluendi eſt dicendo q̄ cõmittit̄ iſta fallacia q: interimitur nõ premiſſa cauſa loco premiſſe cauſe.

Tertio ſciendū eſt q̄ circa hoc q̄ri tur vtrū iſta ↄña ſit bona tu credis p̄ciſe q̄ aliquis hõ decipit̄: ergo aliq̄s hõ decipit̄ qđ nõ ꝓbatur. q: aliquo caſu poſſibili añs põt eſſe verum ſine ↄñte: ergo poſito q̄ nullus ali⁹ a te decipiatur tūc añs eſt verū τ ↄñs falſum. q: ↄdictoriū eius eſt verū: ſcʒ q̄ nullus hõ decipit̄: q: nullus ali⁹ a te decipit̄ τ tu nõ deciperis: q: tu credis p̄ciſe ſicut ē. ❡ In oppoſitū arguit̄: q: oppoſitū ↄñtis nõ ſtat cum antecedēte: igit̄. Ad rõem r̄ndet̄ q̄ caſus nõ eſt admittēdus quo ad ſcđam parteʒ ſcʒ q̄ tu credis p̄ciſe q̄ aliq̄s hõ decipit̄: q: credendo q̄ aliq̄s hõ decipit̄ credis q̄ aliq̄s hõ credit aliq̄d vel aliq̄lit̄ ſed credēdo q̄ aliq̄s hõ credat aliq̄d vel aliq̄liter tu nõ credis p̄ciſe q̄ aliquis hõ decipiat̄: ergo de primo ad vltimum ſi tu credis preciſe q̄ aliquis decipitur tu credis p̄ciſe q̄ homo non decipiatur.

Arguitur ſic primo nõ eſt aliqua fallacia ſm nõ effectum vt effectū: ergo nulla eſt fallacia ſm nõ cām vt cām. ❡ Scđo ſic: ois fallacia eſt fallacia ſm nõ cām vt cām: ergo nõ eſt iſta fallacia ab aliq̄s: añs ꝓbatur: q: in omni fallacia añs appet inferre ſeu ꝓbare ↄcluſionẽ τ tñ nõ ꝓbat igit̄. ❡ Tertio ſic. palogiſmi q̄ fiunt ſm illam fallaciam non peccant: igitur. antecedens probatur: q: tales ſunt ſillogiſati.

Ad p̄mū d: q̄ põt eſſe aliqua fallacia ſm nõ effectū vt effectum lʒ nõ noiet̄ tali nomine tamen q̄libet põt illo noie noiari ex eo q̄ aliq̄s credit q̄ ↄcluſio ſit effect⁹ premiſſaꝝ τ tñ nõ eſt. ❡ Ad ſcđm d: q̄ capiēdo nõ cām large pro quocūq; antecedēte q̄ appet eſſe cā illatiua vel ꝓbatiua ↄcluſionis τ tñ nõ ꝓbat: tūc q̄libet fallacia poſſet dici fallacia ſm nõ cām vt cām: ſed nõ capiēdo nõ cauſa ſtricte. ❡ Ad tertium põt dici q̄ ſunt ſillogiſati quātū ad formā non tamen quantum ad materiam vel põt dici q̄ tales paralogiſmi cõp'ectiue quantū ad ſcđm pceſſum ſunt ſillogiſati. ❡ Tertius.

Quid eſt ppõ plures.

Propoſitio plures eſt illa in qua plura p̄dicant̄ur de pluribꝰ vl' plura de vno vl' vnum de pluribꝰ vt ſortes currit τ diſputat: vl' ſic eſt ne h̄ τ hic hõ demonſtrato ſorte τ brunello: vel ſortes τ plato currunt τ diſputant. Propoſitio aūt vna eſt in qua vnum p̄dicat̄ de vno: τ hoc q̄druplicit̄ ſiue vnuʒ numero vt hõ eſt riſibilis: ſiue vnū ſpē: vt ſortes eſt hõ: ſiue vnū genere vt ſortes eſt aial ſiue vnum ſm priꝰ τ poſteriꝰ. vt hõ eſt ens. aial eſt ſanū. ſiue p̄dicat̄ plura ex q̄bꝰ fit vnū vt hõ eſt aial rõnale mortale. Scđm plures interrogatiões fiūt palogiſmi qñ ad interrogationē plures dat̄ vna rñſio. Cā apparentie huiꝰ fallacie eſt vnitas interrogatiõis cõplexe. Cā falſitatis eſt pluralitas ipius duo ſunt modi huiꝰ fallacie. Primꝰ modꝰ eſt qñ plura in ſingulari numero ſubiciunt̄ vel p̄dicant̄: vt h̄ eſt ne hic τ h̄ hõ demõſtrato ſorte τ brunello. ſi dicat̄ ſic. ergo brunellus eſt hõ. ſi nõ: ergo ſortes nõ eſt hõ: non bene eīm reſpondit q̄ facit reſpõſionē vnā ad interrogationes plures. ſed debʒ reſpõdere verum eſt pro vno τ falſū pro reliquo. Scđus modus eſt quādo plura in plurali nūero ſubiciunt̄ vel p̄dicant̄ vt ſūt ne iſta bona vl' nõ

bona demōſtratis bono ⁊ nō bono: ſi dicit bona. ergo bonum eſt malū: ſi nō bōa: ergo bonū nō ē bonū. debuiſſet eñi rñdere: bonū eſt bonū ⁊ maluȝ eſt malū. Si aūt cōcedat aliqs bō dari diffinitiones ſimilimō in ſingulari et in plurali. vt cecū eſt aptū natū videre ⁊ nō videt. ⁊ ceca ſunt apta nata videre ⁊ nō vident. nō effugiet redargutionē demōſtrato vno ceco et altero vidēte: ⁊ dicat̄ ſic. Sunt ne illa ceca vel nō ceca. Si ceca ergo illd̄ eſt cecū demonſtrato vno vidēte: nō eñi dicebat illū eſſe cecū ⁊ illū eſſe videntē ſed dabat vnā reſpōſionē eo ꝙ ꝯceſſit ꝙ ſillis daret̄ diffinitio in ſingulari nūero ⁊ in plurali. Poſt h̄ auteȝ reducendū eſt omēs fallacias ad ignorantiā elēchi. Reducere aūt oēs ad ignorātiaȝ elenchi eſt oñdere qᷓliter qlibȝ falla peccat ꝯtra aliquā pticulā ī diffinitiōe elēchi poſitā aut rōne ſilli aut ꝯdictōnis: ſicˮ ei dr̄ia aduenies generi ꝯſtituit ſpēm: ita rō ꝯdictionis aduenīēs ſillogiſmo ꝯſtituit elenchū. vñ q̄cquid eſt in elencho aut eſt in eo rōne ꝯdictionis aut rōne ſillogiſmi. dicit eñi ariſtoteles ꝙ diuidendū eſt oīs ſillogiſmos apparentes ⁊ elēchos. aut oēs reducendū eſt ad ignorantiā elenchi. Equocatio et āphibolia ⁊ figura dictionis reducūtur ad ignorātiā elenchi eo ꝙ duplex eſſe impedit ſillogiſmū ⁊ ꝯdictioneȝ Compō. diuiſio: accētus: reducūtur ad ignorantiā elenchi. in eo ꝙ nō eſt oro eadeȝ vel idē nomē ſȝ differens. opȝ aūt hoc ſcȝ nomē ⁊ rōem eſſe eadem quēadmodū ⁊ reȝ ſi debeat eſſe elēchus. Qui xᵒ fm̄ accn̄s fiunt manifeſti ſūt diffinito ſillogiſmo q: fiūt cōtra pticulā in diffinitiōe elēchi poſitā. ſcȝ neceſſe eſt aliud accidere p̄ ea q̄ poſita ſunt ⁊ ꝯceſſa. Et fm̄ hāc fallaciā q̄ eſt fm̄ accn̄s artifices ⁊ ſciētes ſepe ab inſcijs redarguūtur facientibꝰ ſillogiſmos ꝯtra ſapiētes. nā fm̄ accn̄s faciūt ſillogiſmos apparētes. Qui xᵒ fiūt fm̄ q̄d ad ſimpliciť reducūtur ad ignorantiā elēchi: qm̄ de eodē nō eſt affirmatio et negatio: vt ethiops ē albꝰ fm̄ dentes ergo eſt albꝰ. Manifeſti ſūt aūt ſillogiſmi q̄ prius dicti ſunt ⁊ quales nūcupant̄ q̄ vero fiunt fm̄ id qd̄ petit̄ in principio: ⁊ nō cām vt cām: peccāt manifeſte cōtra diffinitionē ſillogiſmi: q: in ſillogiſmo opȝ ſeq̄ aliud de neceſſitate qd̄ non erat in pncipio: ⁊ ſic opȝ ꝙ pmiſſe ſint cāe cōcluſionis ſillogiſmi Qui xᵒ fm̄ cōſequens reducūtur ſic ⁊ illi q̄ fiūt fm̄ accn̄s. Qui xᵒ fm̄ plures interrogatiōes vt vnā reducunt̄ eo ꝙ peccāt cōtra vnitateȝ ꝓpōnis. ibi enim nō ſumit̄ ꝓpō vna: ⁊ p̄ ꝯñs nec ꝓpō: naȝ eadē eſt diffinitio vniꝰ rei ⁊ rei vt hōis ⁊ vniꝰ hōis. ſiľr autē eſt in alijs: vñ ꝓpō vna vnum de vno affirmat ſed nō eſt ita in ꝓpōne ples in q̄ p̄dicātur pl̄a de vno vel vnū de pluribꝰ ⁊ ꝓpter hoc peccāt cōtra vnitatem ꝓpōnis. Item oīs fallacie in dictiōe ⁊ fm̄ q̄d ad ſimpľr reducūtur ad ignorantiā elenchi eo ꝙ peccant cōtra cōtradictioneȝ. Oīs aūt fallacie extra dictioneȝ reducūtur in hoc ꝙ peccāt cōtra diffinitionem ſilli.

s Ciendum eſt primo ꝙ ſicut ꝓpō diuiditur in ꝓpōneȝ vnā ⁊ ꝓpōem plures: ita ⁊ interrogatio. vñ ꝓpō dr̄ vna dupľr vno mō ꝓprie ſiue ſtricte in qua enunciat̄ vnus terminꝰ ſimplex ſingularis nūeri vniuoce tent̄ de termio ſimplici ſingularis nūeri vniuoce tētꝰ: vt ſortes eſt ſortes. alio mō large p̄ ꝓpōne in qua p̄dicātur plura de vno vľ vnū de pluribꝰ vel plura de pluribꝰ explicite vľ implicite ⁊ hoc diunctim. Sed ꝓpō dr̄ plures dupliciter. vno mō ꝓprie ⁊ eſt in qua p̄dicat̄ vnuȝ de pluribꝰ vel plura de vno vel plura de pluribus explicite vel īplicite ⁊ hoc incōiunctiȝ. alio mō capit̄ large p̄ ꝓpōne in qua p̄dicat̄ vnū de pluribus vel plura de vno vel plura de pluribꝰ ſiue diunctiȝ ſiue incōiunctiȝ: ⁊ hoc mō hȝ q̄nqȝ modos. Primꝰ qñ in ea p̄dicat̄ vnum de pluribus vel plura de vno vel pl̄a de pluribus explicite vel implicite ⁊ incōiunctiȝ vt canis currit. Secūdus eſt quando in ea predicat̄ vnum de

Propoſitio [illegible] dicit̄ vna.

plurib9 vel plura de vno vel plura de plurib9 explicite et incõiunctim vt ſortes eſt alb9 niger et ſm illos duos modos proprie nõ fit illa fallã neq3 debet dari vna reſpõſio ſed magis deb3 diſtingui. Terti9 fit quãdo plura pdicanẽ de vno vel vnũ de plurib9 coniunctim p modum determinatiõis et determinabilis. vt ſortes eſt homo albus. Quartus fit qñ plura predicanẽ de vno vel vnũ de plurib9 et hoc cõiunctim vt ſortes eſt homo alb9 et iuſtus. Quintus mod9 fit quãdo predicaẽ termin9 numeri ſingularis vel ſubicitur: et ad iſtos tres modos põt dari vna reſpõſio: q2 ſunt propoſitio vna vel propter aſſiſtentes põt dari duplex reſpõſio vt demõſtrato vno ceco et vno vidẽte. ſi queraẽ vtrũ iſti ſunt ceci vl videntes. Reſpõdetur ꝙ ille eſt cecus demonſtrato ceco ⁊ ille eſt videns demõſtrato vidẽte.

Sciendũ eſt ſecũdo ꝙ iſta fallacia eſt idoneitas decipiẽdi proueniẽs ex ſimilitudine interrogatiõis plures cũ interrogatione vna cauſa apparẽtie eſt ſimilitudo interrogationis plures cũ interrogatõe vna ꝓpter quã creditur ꝙ ſicut ad interrogationẽ vnã datur vna reſpõſio. ita ad interrogationẽ plures. cauſa defect9 eſt diſſimilitudo earundez et eius pñt eſſe tres modi. Prim9 quãdo in interrogatõe ſubijciuntur plura vel pdicantur plura cõiunctim ⁊ i ſingulari vt eſt ne ſortes vel brunellus hõ ſi detur vna reſpõſio affirmatiua dicẽdo ꝙ tunc vere infertur: ꝗ brunellus eſt hõ ſi dicaẽ ꝙ nõ apparenter infertur. ꝗ ſortes nõ eſt hõ. Secũdus mod9 prouenit qñ in interrogatione ſubijciunẽ plura vel predicanẽ plura in plurali numero ⁊ cõiunctim vt ſi demõſtretur vn9 cecus et vn9 videns et queraẽ ſunt ne iſti ceci aut vidẽtes: ſi dicatur ſunt vidẽtes tunc infertur. ꝗ cecus eſt videns. ſi dicaẽ ꝙ ſunt ceci tunc infertur. ꝗ videns eſt cec9 ſi dicatur ꝙ nõ tunc apparẽter inferẽ. ꝗ vidẽtes nõ ſunt videntes: modus ſoluendi eſt reſpõdẽdo duabus reſponſionib9.

Sciendũ eſt tertio ꝙ tertius mod9 huius fallacie fit penes diffinitionẽ et iſta diffinitio eſt bona cecũ eſt animal nõ videns tũc taliter qualiter natum eſt videre ſi credaẽ ꝙ tunc ceca bene diffiniantur dicẽdo ceca ſunt animalia nõ vidẽtia tunc taliter qualiter nata ſunt videre cõmittitur iſte modus ſed debet dici ceca ſunt animalia quoꝝ neutrũ videt. tũc taliter qliter natum eſt videre. ¶ Circa hoc querẽ vtrũ valeat iſta ꝯſequentia iſti nõ ſunt videntes. ergo iſte nõ eſt vidẽs et iſte nõ eſt videns demonſtrato ceco et vidente. ⁊ videtur ꝙ ſic quia propoſitio de iſti equiualet copulatiue ſaltem ſi capitur diuiſiue. In oppoſitum arguitur. nam antecedens eſt verũ et conſequens falſuz. quia videns nõ eſt non videns. vnde demonſtrato ceco et vidente verũ eſt dicere ꝙ illi duo non ſunt videntes: quia ſunt videntes vel non videntes. ſed nõ ſunt videntes. ergo ſunt nõ videntes: et vltra nõ ſunt videntes. ergo ſunt nõ videntes ab affirmatiua de pdicato infinito ad negatiuã de predicato finito. tunc dico ꝙ illa ꝓpoſitio iſti nõ ſunt vidẽtes equiualet diſiunctiue vel copulatiue negatiue cum ſua ꝯtradictoria equiualeat copulatiue affirmatiue.

Arguitur ſic pmo nõ eſt aliqua fallacia ſm plures reſponſiones. ergo neq3 ſm plures interrogationes. ¶ Secundo ſic talis fallacia fit per dictiones ad placitũ ſignificantes: ergo nõ eſt extra dictionẽ. ¶ Tertio ſic. iſta fallacia et etiã iſte fallacie extra dictionẽ ſumũt cãz apparẽtie ex pte dictionu3 ergo ſunt in dictiõe.

Ad primum dicitur ꝙ nõ eſt ſimile nã poſſunt bene dari plures reſpõſiones vni interrogationi ꝓpter maiorem euidentiã et tamẽ non ꝯtingit dare vnã reſponſionẽ ad interrogationẽ plures. ¶ Ad ſecundũ negatur ꝯſequentia ſed oportet addere fit per dictiones et nõ pt fieri niſi per dictiões ad placitũ ſignificantes: ꝗ eſt in dictione. ¶ Ad tertiũ dicẽ ꝙ fallacie extra dictionem ſumũt cãm apparentie ex parte rei ſignificate vel intentionis ſeu cõceptus ſic videlicet ꝙ ſi videatur ſumi ex parte vocis hoc nõ ẽ niſi mediante re ſignificata vel intẽtione ſeu cõceptu. ideo tales fallacie poſſunt bene fieri ſine dictionib9 quadmodũ nõ poſſunt fieri fallacie in dictione quia nunq̃ poſſunt fieri niſi in dictiõibus neq3 ſumunt ſuam cãm apparẽtie niſi mediantib9 dictionib9 vel in ipſis dictiõib9.

Incipit ſeptim9 tractat9 de ſuppõnib9.

e

Orum que dicuntur quedaz dicũtur cũ cõplexione vt hõ currit. Quedã vero ſine complexione vt hõ. q2 eſt terminus incõplexus. Terminus vt hic ſumiẽ ẽ vox ſignificãs vl'e vel particulare. vt homo vel ſortes. Terminoꝝ aũt incomplexoꝝ vnuſq3 aut ſignificant ſubſtantiã: aut qualitatẽ: aut qtitatẽ aut ad aliqd: aut agere: aut pati: aut vbi aut ſitus: aut habit9. Significatio vt hic ſumiẽ eſt rei per vocẽ ſm placitũ repreſentatio. q̃re cu3 oĩs res aut ſit vniuerſalis aut particularis oportet dictiões nõ ſignificantes vniuerſale vl' pticulare nõ ſignificare aliqd et ſic nõ eſſent termini vt hic ſumitur terminus vt ſigna vniuerſalia vl' pticularia. Significationum alia eſt rei ſubſtantiue et hec fit p nomen ſubſtãtiuũ. vt homo. alia eſt rei adiectiue: ⁊ hec fit per nomen adiectiuũ. vel per verbũ: vt currit vel albus que nõ ẽ ꝓprie ſignificatio ſubſtantiua vel adic

Quid eſt terminus.

ctiua. ſed ſignificat aliquid ſubſtantiue vel adiectiue. Et ſignificare aliqd adiectiue vl' ſubſtātiue ſunt modi vocum. quia adiectiuatio et ſubſtātiuatio ſunt compotes modi et differētie rerū que ſignificant: ⁊ non ſignificationes. Nomina vero ſubſtātiua dicūtur ſupponere: ſed nomina adiectiua vel verba dicuntur copulare.

Quot ſint paſſiões terminoꝝ.

Iſte eſt tractatus paruoꝝ logicalium in quo determinandū eſt de paſſionibus terminoꝝ et cōmuniter aſſignātur quinq ſcȝ. ſuppoſitibilitas. ampliabilitas. reſtringibilitas. appellabilitas. et diſtribuibilitas. ⁊ dicunt paſſiones termini: quia ſoli termino cōueniūt. ideo ſubiectuȝ iſtiꝰ tractatus eſt terminus. nam illud eſt ſubiectū alicuiꝰ ſciētie cui ꝯueniunt adequate paſſiones que in illa ſcientia tractant ſed terminꝰ eſt hmōi igit ⁊ hoc capiendo terminū ſecūde intētionaliter vt diffiniebatur in quarto tractatu ī quo dicit. Terminus eſt in quē reſoluitur ꝓpō vt in ſubiectū ⁊ p̄dicatū. Poſſet tamē aliquis dicere ꝙ ille paſſiones nō cōueniunt omni terminō. iō eſt aduertenduȝ ꝙ terminꝰ poteſt capi tripliciter. vno mō, p omni illo quod pōt eſſe copula vel extremū ꝓpoſitionis cathegorice vel determiatio extremi vl' copule. et iſto mō vna ꝓpoſitio poteſt dici terminus: qꝛ poteſt eſſe extremū ꝓpoſitionis. vt hec ē vera homo currit eſt ꝓpoſitio. ibi totū hoc homo currit eſt ſubiectuȝ. Alio mō accipitur pro omni illo quod nō eſt cōpletū oratiōale ſiue ſit cathegorema ſiue ſit ſincathegorema. ⁊ iſto mō ſigna et negatiōes poſſunt dici terminꝰ. et iſtis duobꝰ modis nō capitur hic. alio mō capit ſtricte ꝓ oī illo quod ſignificatiue ſumpto ex ſua ſignificatione qua actu habȝ pōt eſſe ſubiectū vel p̄dicatū propoſitionis ⁊ ſic ibi proprie capit terminus quando dicit ꝙ eſt ſubiectū huiꝰ tractatus qꝛ tali cōueniūt paſſiones ſupradicte. ⁊ licȝ iſte tractatus dicatur tractatus ſuppōnum ampliationū ⁊c. nō eſt intelligēdū ꝙ ſuppō vel ampliatio ſint ſubiectū. ſed magis ſunt ꝓprietates accidentales ſubiecti huius tractatus ſcilicet ipſius termini.

Sciendum eſt ſecundo ꝙ triplices ſunt termini ſcȝ mētales vocales et ſcripti. vocales ſunt qui ab auditu corporali pcipi poſſunt. ⁊ ex iſtis fiunt ꝓpoſitiones vocales. ⁊ tales ſignificant ad placitū ſubordinant in ſignificādo terminis mētalibus ꝓprie dictis ita ꝙ illa que naturaliter ⁊ prīo ſignificant per terminos mētales proprie dictos ſignificant ſecūdario qui ad placituȝ per huiuſmodi termīos vocales. Termini ſcripti ſūt termini ad placitū inſtituti quos oculo corporali videre poſſumus: et ex iſtis fiunt ꝓpoſitiones ſcripte. ⁊ eodē modo ſe habēt ad terminos mentales vltimatos ſicut termini vocales. Termini mentales ſunt duplices ſcȝ ꝓprie dicti ſeu vltimati q̄ naturalr ſignificāt res quas termini vocales vel ſcripti ad placitū ſignificāt et tales proprie nō ſunt niſi noticie actuales rerum vt noticia actualis lapidis diceret huiſmodi cōceptus. Alij ſunt improprie dicti ſeu nō vltimati qui naturaliter ſignificāt terminos vocales vel ſcriptos. ⁊ cū hoc ſignificāt ad placitum illa que termini vocales vel ſcripti ad placitum ſignificant. vt notitia huius vocis ſignificatiue homo ſignificat naturaliter illā vocem homo ⁊ ad placitū illa que ſignificat iſte terīnus homo ad placitū. et de iſtis ſatis viſuȝ eſt in primo tractatu et etiā de ꝓpoſitiōe mentali. Item terminoꝝ quidā ſunt ſecūde intētionis et quidā prime intentionis. Terminꝰ prime intētionis eſt q̄ ſignificat rem nō cauſatam ꝑ actum ꝯparatiuū noſtri intellectus. ſed terminꝰ ſecūde intētiōis eſt qui ſignificat ſecundā intentionē que nō eſt niſi reſpectus rōnis cauſatus per actū compatiuum noſtri intellectus cuiōi ſunt omnes logicales et grāmaticales. Item terminoꝝ ad placitū ſignificantiū. quidā eſt abſolutus et alius eſt cōnotatiuꝰ. vnde terminꝰ abſolutus eſt terminus qui nihil cōnotat vt ſunt termini p̄dicamēti ſubſtātie vt bos homo. ſed cōnotatiuus ē q̄ vltra illō pro quo ſupponit aliquid importat ſub habitudine eſſentiali vel accidētali vt album nigrum et habet duplex ſignificatū .ſ. formale et materiale. materiale eſt illud pro quo ſupponit Formale eſt illud qꝺ ꝯnotat talis terminus: vt album ſupponit pro re alba et cōnotat albedinē ſeu ꝯnotat ipſam rem habere albedinē.

Sciendū eſt tertio ꝙ adhuc terminoꝝ ad placitū ſignificantiū quidā ſunt cathegorematici. quidam ſincathegorematici. et quidam partim ſincathegorematici. et partim cathegorematici qui dicuntur mixti. Cathegorematici ſunt duplices ſcȝ ratione ſignificationis qui ſignificant aliquid vel aliqua ex inſtitutione. Alij ſunt cathegorematici ratiōe officij qui ſignificatiue ſumpti poſſunt eſſe ſubiectum vel predicatum vel pars ſubiecti vel predicati vel copula vel pars copule. vt homo animal. Etiaȝ ſincathegorematici ſunt duplices ſcilicet ratione ſignificationis qui impoſiti ſunt ad ſignificandum non aliquid vel aliqua ſed aliqualiter: id eſt modum accipiendi terminum in propoſitione vt omnis nullus. Alij ſunt ratione officij qui ſignificatiue ſumpti non poſſunt eſſe ſubiectum copula vel predicatum nec pars ſubiecti predicati vel copule. Et dicitur notanter ſignificatiue ſumpti quia ſi ſumerentur materialiter poſſent eſſe ſubiectum vel predicatum. ſed terminus mixtus eſt qui impoſitus eſt ad ſignificandum aliquid vel aliqua et aliqualiter. vel cui in mente correſpondet aggregatum ex cathegorematico ⁊ ſincathegorematico. Et aduerte ꝙ vltiate abſtracta dicunt termini partim cathegorematici. et partim ſincathegorematici. Qadmodum humanitas aīalitas. nam humani

tas includit illud ſincathegoꝛema per ſe pꝛimo modo vel neceſſario. qn̄ enī dicitur humanitas currit ſenſus eſt humanitas ꝑ ſe pꝛimo mō currit qđ eſt falſum. nam curſus ꝑ ſe pꝛīo mō nō cõuenit humanitati. ⁊ ſic ptꝫ ꝙ de talibꝰ abſtractis nihil poteſt pꝛedicari niſi ꝙ conuenit ipſis in pꝛimo modo dicēdi per ſe. ¶ Circa iſtud queritur de hoc ſophiſmate om̄e cecū eſt aīal videns poſito caſu ꝙ ſint duo ceca ⁊ nō plura quoꝝ vnū videat ſoꝛtes ⁊ reliquū platoꝛ ⁊ nullus ſit quin videat illa duo: tunc pꝛobatur ſic ſophiſma. illud cecum eſt aīal videns. ⁊ illud cecū eſt aīal vidēs et nō ſunt plura ceca: ergo om̄e cecū eſt animal videns. ¶ In oppoſitū arguit: om̄e cecū ē aīal videns: ergo oīs res ceca eſt aīal vidēs. ptꝫ ꝯña quia ly cecū ſuppõit pꝛo re cum ſit adiectiuū. Reſpõdetur ꝙ ly cecum põt eſſe noīatiui caſus vel accuſatiui caſus. ſi ſit noīatiui caſus ſophiſma eſt falſum: ſi ſit acci ſophiſma eſt verū: ⁊ eſt ſenſus ꝙ oēm rem cecam eſt aīal videns.

Arguitur ſic pꝛio: ſupponibilitas non cõuertitur cum termīo cum multi ſint termini qui nō poſſunt ſupponere. ǵ terius non eſt ſubiectū huiꝰ tractatꝰ. ¶ Scđo ſic. ſi eſſet aliqs terminus ſincathegoꝛematicꝰ ſeqretur ꝙ aliqs terminꝰ eſſet ſignificatiuꝰ qui nihil ſignificaret ſed hoc eſt falſum: igit. ¶ Tertio ſic. idem terminus põt dici cathegoꝛematicꝰ ⁊ ſincathegoꝛematicus: ergo illa diuiſio termīi nō eſt bona: antecedēs pꝛobat: qꝛ ſi adiectiuum teneatur pure adiectiue eſt terminus ſincathegoꝛematicus: et ſubſtantiue eſt cathegoꝛematicus.

Ad pꝛimū dicitur ꝙ ſupponibilitas cõuertitur cum termīo pꝛopꝛie capto: puta cum termino qui ſignificatiue ſumpto poteſt eē ſubiectū vel pđicatum ꝓpōnis. ¶ Ad ſecūdū dicitur cõcedendo totum argumentuꝫ: quia ad terminū eſſe ſignificatiuū nō requiritur ꝙ ſignificet aliqđ: ſed ſufficit ꝙ ſignificet aliqualiter. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ nō eſt incõueniens eundem terminū eſſe cathegoꝛematicū et ſincathegoꝛematicum ſm̄ diuerſas acceptiones.

Suppoſitio eſt acceptio termini ſubſtãtiui pꝛo aliquo. Differunt autē ſuppoſitio ⁊ ſignificatio: quia ſignificatio fit per impoſitionem vocis ad ſigificandum rem: ſuppoſitio ē acceptio termini iam ſignificantis rem ꝓ aliquo: vt cū dicitur homo currit iſte terminus homo tenetur ſtare ꝓ ſoꝛte platone: ⁊ ſic de alijs. Unde ſignificatio pꝛioꝛ ē ſuppoſitione ⁊ in hoc differunt: quia ſignificatio ē vocis. ſuppoſitio vero eſt termini iam cõpoſiti ex voce ⁊ ſignificatione. ergo ſupponere et ſignificare non ſunt idem: ſed differunt per locum a cõiugatis. Itē ſignificatio ē ſigni ad ſignatum. ſuppoſitio vero ē ſupponētis ad ſuppoſitum: ergo ſuppoſitio non eſt ſignificatio. Copulatio ē acceptio termini adiectiui pꝛo aliquo.

¶ Sciendum eſt pꝛimo ꝙ ſuppoſitio ſic diffinitur: ſuppoſitio eſt acceptio termī in ꝓpoſitiōe nati accipi pꝛo aliquo vel aliquibꝰ de quo vel de aliquibꝰ talis terīnꝰ natꝰ eſt verificari mediante copula talis ꝓpōnis. vñ i hac diffinitiōe ponit ſuppoſitio pꝛo diffinitoꝛ ⁊ ponitur acceptio loco generis nō ꝙ ſit verū genus: ſed magis cauſa. nam ſuppoſitio cauſat mediāte acceptione termini: pꝛo aliquo vel aliquibꝰ. Dr̄ notāter in pꝛopoſitione: quia termini extra ꝓpōnem nō ſupponunt. Dicitur notanter nati accipi: quia ad hoc ꝙ termini ſupponāt non opoꝛtet ꝙ actu pꝛo aliquo accipiētur. ſed ſufficit ꝙ ſint nati accipi. id eſt ꝙ ſint in potētia ꝓpinqua: vt accipiantur pꝛo aliquo vel aliquibꝰ. Et ſic patꝫ ꝙ termini in libꝛis ſcriptis circa quos nullus aduertit q̇ ſunt ptes ꝓpōnis ſcripte ſupponūt. Dr̄ notāter ꝓ aliquo pꝛopter terminos ſingulares: vel aliquibꝰ ꝓpter termīos cõe vel termīos collectiuos qui ſupponūt ꝓ pluribꝰ. Dicit notāter de quo vl' de quibꝰ. i. de cuiꝰ ſignificati ꝓnoīe vel de quoꝛum ſignificatoꝝ pꝛonoībus vel noīe adequate ſignificante rem pꝛo qua ſupponit: qđ dꝫ ſic itelligi. ad hoc ꝙ terminꝰ ſupponat pꝛo aliquo nō requiritur ꝙ verificetur de illo pꝛo quo ſupponit: qꝛ terminꝰ nō verificat de re. ſed ſufficit ꝙ verificetur de ꝓnoīe demōſtrāte illā rem vel pꝛonoībꝰ demōſtrātibus illas res vel de noīe ſignificāte adequate illud ꝓ quo ſupponit: vt ens qđ non eſt demōſtratū currit: ſubiectū ſupponit ꝓ aliq̇ re nō demōſtrata. ⁊ volo ꝙ ſit lapis. tūc illđ ſubiectū non poteſt verificari de lapide neqꝫ de pꝛonomine demōſtrante lapidē: quia tunc falſificaret pꝛopoſitionē: vt dicendo hoc eſt ens qđ non eſt demonſtratum: ſed debet ſic dici lapis ē ens quod non eſt demonſtratum. Dicitur notanter mediāte copula quod debet ſic intelligi. mediāte copula talis pꝛopoſitionis vel mediante copula reſpectu cuius termini teneātur eque ample et eque ſtricte vt creans neceſſario eſt deus: ſic debet oſtendi: hoc poſſibiliter eſt creans et non ſic hoc neceſſario eſt creans: quia tunc pꝛopoſitio eſſet falſa.

Diffinitio ſuppoſitiōis

Sciendum eſt ſcđo ꝙ terminus q̇ debet ſupponere ſaltē perſonaliter vel ſimpliciter debet ſignificare aliqđ vel aliqua. Ex quo ſequitur ꝙ terminus ſignificans pꝛecī ſe aliqualiter non poteſt ſupponere perſonaliter. Unde ſi terminus ſit nomen opoꝛtet ꝙ ſignificet aliquid vel aliqua ſubſtantiue: ex quo ſequitur ꝙ adiectiua adiectiue tenta non ſupponunt nomina tamen obliqua ſubſtantiuoꝛum vel adiectiuoꝝ ſubſtantiuoꝝ ſupponūt ⁊ verificātur de illis

p:o quib9 ſupponunt mediāte recto. et ſi carerant recto ſupplēdus eſt talis rectus. Sed quereret aliquis quid dicendum eſt de pronominibus d: ꝙ p:onomina ſunt duplicia quedam ſūt p:imitiue ſpeciei: ⁊ quedā ꝺriuatiue. de primitiuis dicitur ꝙ ſi ponātur ſine relatis vel demōſtrabilibus ſupponunt. vt ego curro. ly ego ſupponit et ſic verificatur hic eſt ego ille diſputat. ly ille ſupponit ⁊ ſic verificatur hoc eſt ille. ⁊ ſimiliter de alijs. ſed quando ſumitur cū relatis vel demōſtrabilibus non ſupponunt q: tūc ſunt pura ſincathegorematica. vt ego petrus curro. ly ego nō ſupponit: petrus diſputat ⁊ ille petr9 legit ly ille nō ſupponit ⁊ ſic de alijs dicatur. ſ3 de deriuatiuis dicitur ꝙ ſemper ſupponūt ſiue ſumantur cum relatis vel demōſtrabilibus ſiue nō. aliter tū et aliter ꝗ̄ quando ſumuntur ſine relatis vel demonſtrabilibus ſupponunt pro re poſſeſſa: vt hoc eſt meū hoc eſt tuū: tam ly meū ꝗ̄ ly tuū ſupponūt ꝓ re poſſeſſa. ſed qn̄ ſumūtur cū relatis vel demonſtrabilibus tūc ſupponūt p:o poſſeſſore vel ſaltem referūt vel demōſtrāt poſſeſſorem vt meus aſinus currit. ly me9 ſupponit ꝓ poſſeſſore ſc3 p:o me. et d3 verificari ꝑ ſuū p:imitiuū ſiue in recto ſiue in obliquo: vt aſinus mei currit. De verbis dicit̄ ꝙ ſupponūt vt ego curro legere eſt agere: ſimil'r ꝑticipia ſumpta ſine ſubſtantiuis ſupponunt vt ſum legens. Sed de aduerbijs dicitur ꝙ aduerbia pure cathegorematica habētia ſignificata de eorum p:onoībus verificabilia ſupponūt: vt hodie: heri: illic. ⁊ talia debent verificari ſm̄ noīa ſubſtantiua: vt hodie ſm̄ illud cōplexū hodierna dies ſed de cōiunctionib9 dicit̄ ꝙ nulla cōiunctio cōiunctionalr̄ capta ſupponit: ſed de ꝑpoſitione dr̄ ꝙ aliq̄ ꝑpoſitiones ſupponūt ⁊ aliq̄ nō. vt ante ſine caſuali ſupponit ⁊ d3 verificari ꝑ tp̄s. ſed de interiectionib9 dicit̄ ꝙ interiectio interiectionaliter capta bene ſupponit vt dicendo ve tibi. ly ve ſupponit: ⁊ ſimiliter de multis alijs.

Sciendum eſt tertio ꝙ termini extra ꝓpoſitōem nō ſupponūt: quia ſuppoſitio eſt inuenta ad inquirendū veritatem vel falſitatē ꝓpoſitionū: mō talis inquiſitio nō pōt fieri niſi in ꝓpōne. Sed ſi quis dicat aliq̄s termin9 ſupponit extra illā ꝓpōnem petrus currit: ḡ extra p:opoſitionē. negat̄ ꝯña q: ly extra facit terminum ſequentē ſupponere cōfuſe et diſtributiue Et ſi quis dicat nōncilla eſt vera terminus pōt ſupponere extra p:opoſitionē dicit̄ ꝙ pōt capi dupliciter. vno mō in ſenſu cōpoſito et ſic eſt falſa ⁊ eſt ſenſus. hec eſt poſſibilis terminus extra p:opoſitionē ſupponit. alio mō in ſenſu diuiſo. ⁊ ſic eſt vera. ⁊ eſt ſenſus terminus extra ꝓpoſitionem poſitus pōt ſupponere. ⁊ hoc ſi ponatur in ꝓpoſitione. Ex quo ſequit̄ ꝙ differētia eſt inter ſignificationē et ſuppōnem. nā ſignificatio conuenit termino tā in ꝓpōne ꝗ̄ extra ꝓpoſitionē ſed nō ſuppoſitio. vnde ſignificatio nō ē niſi reſpectu rōis ſigni ad ſignatū. ſed ſignificare eſt inſtrumētalr̄ rep:eſentare aliq̄d vel aliq̄ vt aliquali potētie cognitiue eā vitaliter īmutando vnde vitaliter īmutare potentiā eſt eam perceptiue īmutare. ¶ Circa hoc querit̄ de hoc ſophiſmate plures ſunt nō videntes ꝗ̄ vidētes poſito caſu ꝙ ſint decē quoꝝ nouē ſint vidētes et alter cecus. quod ſit verū ꝓbatur q: iſti decē nō ſunt videntes. ḡ ſunt nō videntes. et vltra ſunt non videntes. ḡ plura ſunt nō vidētes. ¶ In oppoſitum arguit̄: q: nouē ſunt vidētes. ⁊ tm̄ vnū cec9 ergo plures ſunt vidētes ꝗ̄ nō videntes. Rñdetur ad ſophiſma qđ eſt verū puta ꝙ plures ſūt nō vidētes ꝗ̄ vidētes. Et ad īp:obationē d: ꝙ male ꝯcludit̄ ſed deberet ſic concludi. ḡ plures ſunt vedētes ꝗ̄ ceci.

Arguitur p:imo in illa p:opoſitione homo nō eſt aſinus homo ſupponit p:o homine: ⁊ tamē nō poteſt verificari de p:onomie: demonſtrante hominē mediante copula talis p:opoſitionis: quia nō ſequitur hoc nō eſt homo demonſtrando hominē: e3. ¶ Secundo ſic. in illa ꝓpoſitione homo eſt pictus. ibi homo ſupponit p:o imagine: ⁊ tamē nō poteſt verificari de p:onomine demonſtrante imaginē. ¶ Tertio ſic: in iſta p:opoſitōne creans neceſſario eſt deus ibi ly creās ſupponit p:o deo: ⁊ tamen nō pōt verificari de ꝓnoīe demonſtrante deum.

Ad p:imū dicitur ꝙ termin9 ſemper debet verificari mediante copula affirmata ⁊ nō negata. ¶ Ad ſcđm dicitur ꝙ in tali ꝓpoſitione ly homo ſupponit tam p:o ſignificato p:incipali ꝗ̄ minus p:incipali: ideo eſt diſtinguenda vt alias viſum eſt. dicunt tamen aliqui ꝙ p:eciſe ſupponit ꝓ imagine: ⁊ tunc debet ſic verificari hoc eſt homo pictus addendo illi termīo hō: vt vniformiter teneat̄. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ patet ſolutio in p:imo notabili.

Suppoſitionum alia cōis alia diſcreta. Suppō cōis eſt q̄ fit ꝑ termī cōe3 vt hō aīal. Diſcreta eſt q̄ fit per termī diſcretū vt ſortes. vel ꝑ termī cōem cū ꝓnoīe demōſtratiuo vt iſte homo q̄ eſt termin9 diſcret9. Itē ſuppoſitionū cōium alia naturalis alia accītalis. Suppō naturalis eſt acceptio termī cōis ꝓ oībus his ꝓ q̄bus aptum natū eſt ꝑticipari vt iſte termin9 hō ꝑ ſe ſumpt9 ſupponit ꝓ oīibus hoībus tam q̄ ſunt q̄ erunt ⁊ qui fuerunt. Accītalis ſuppō eſt acceptio termī cōis ꝓ oībus his ꝓ q̄b9 exigit ſuū adiunctū vt hō currit. hic iſte termin9 hō ſupponit ꝓ oībus hoīb9 ꝑſentib9: ⁊ cū d: hō fuit vel hō currit

Suppoſitionum diuiſio.

ſupponit ꝓ p̄teritis ⁊ cū d̄r hō erit
vel hō curret ſupponit ꝓ futuris. et
ſic hꝫ diuerſas ſuppōnes ſm̄ diuer=
ſitatem eoꝝ q̄ ei adiungunt̄. Accn̄ta
lium ſuppōnum alia ſimplex alia ꝑ=
ſonalis. Suppō accn̄talis ſimplex ē
acceptio termī cōis ꝓ re vlī ſignifi=
cata ꝑ ipm̄ termīn vt cū d̄r hō eſt ſpēs
aīal eſt genꝰ: ibi iſte termīnꝰ hō ſup=
ponit ꝓ hoīe in cōi ⁊ nō ꝓ aliquo infe=
riori: ⁊ iſte termīnꝰ aīal ſupponit pro
aīali in cōi ⁊ nō ꝓ aliquo inferiori: et
ſilr̄ dicendū eſt de quolibet ter̄io cōi
vt riſibile eſt ꝓpꝛium rōnale eſt dr̄ia
albū eſt accn̄s. Itē ſuppōnuꝫ ſimpli
ciū alia eſt termī cōis in ſubiecto po
ſiti vt hō eſt ſpēs ibi iſte termīnꝰ hō
hꝫ ſimplicē ſuppōnē: q2 ſolū ſuppo=
nit ꝓ natura ſpēi: alia eſt termī cōis
in p̄dicato ꝓpōnis affirmatie: vt ois
hō eſt aīal. Ibi iſte termīnꝰ aīal in p̄=
dicato poſitus ſimplicē hꝫ ſuppōnē
q2 ſolum ſupponit ꝓ natura generis
alia eſt termī cōis poſiti poſt dictio
nem exceptiuā: vt oīe aīal p̄ter ho=
minē eſt irrōnale: ibi iſte termīnꝰ ho
minē ſimplicē hꝫ ſuppōem: q2 nō lꝫ
fieri deſcenſuꝫ ſub ipo. vn̄ nō ſeqtur
oīe aīal p̄ter hoīem eſt irrationale:
ergo omne animal p̄ter hūc hoīem ē
irrōnale: et quo ibi eſt fallacia figu=
re dictōis ꝓcedēdo a ſuppōne ſim=
plici ad ꝑſonalē. Silr̄ h̄ hō eſt ſpēs:
ergo aliqs hō eſt ſpēs. Et ſilr̄ h̄ ois
homo eſt aīal: ergo oīs hō eſt hoc
aīal. In oībus eñi iſtis fit ꝓceſſus a
ſimplici ſuppōne ad ꝑſonalē. Qꝫ autē
minꝰ in p̄dicato poſitus ſimplicē ha
beat ſuppōnem patet: q2 cū d̄r oium
oppoſitoꝝ eadē eſt diſciplina, niſi il
le termīnꝰ diſciplina ſimplicē habe=
ret ſuppōem ſic fieret deſcēſus ſub
ipo ⁊ eſſet falſa. Nulla eñi p̄ticularis
diſciplina eſt oīm cōtrarioꝝ: medici
na eñi nō eſt oīm ꝯtrarioꝝ. ſed ſoluꝫ
ſani ⁊ egri grāmatica nō eſt oīm cō=
trarioꝝ ſed ſolū ꝯgrui ⁊ incōgrui. lo=
gica veri ⁊ falſi. ⁊ ſic de aliis.

P Rimo ſciendū eſt ꝙ poſtq̄ determiatuꝫ
eſt de ſuppoſitione diffinitiue nūc cōſe
quēter determiandū eſt de ea diuiſiue.
vn̄ ſuppōnum. Alia eſt mixta alia non mixta. *Quid eſt ſuppoſitio mixta*
Suppoſitio mixta eſt acceptio termini cōis cō
plexi. cuiꝰ vna pars ſuppōit alio genere ſuppō
nis q̄ alia: vt dicendo iſte terminꝰ hō eſt dictio
diſſillaba ibi terminus ſupponit ꝑſonaliter: ⁊ hō
materialiter: pōt tñ aliquando fieri ſuppoſitio
mixta qñ quelibet ꝑs termini cōplexi ſuppōit
eodem genere ſuppoſitionis: ⁊ tunc ſic diffinit̄
eſt acceptio termini complexi q̄ vltra acceptio=
neꝫ ſuaꝝ partiū nō accipit̄ vnica acceptione vt
cuiuſlibet hoīs aſinꝰ currit. Ex quo ſeqtur ꝙ ali
quis terminꝰ nō d̄r iſto modo ſupponere mixtī
q2 partes ſupponūt alio ⁊ alio genere ſuppoſi=
tionis: ſed q2 terminꝰ cōplexus vltra acceptio=
nem partiū nō accipit̄ vnica acceptione. vn̄ re=
gula eſt ꝙ quādocūq3 determiatio p̄cedit deter
minabile: ſi ſignū p̄cedens nō ſit eiuſdeꝫ caſus
cū determinabili. tunc talis terminꝰ ſupponit
mixtim vt pꝫ in exēplo prius dicto. Sed ſuppō
nō mixta eſt acceptio terī incōplexi ſiue ꝯplexi
cuiꝰ vna pars nō accipit̄ aliter ꝙ alia vt homo
currit. ⁊ eſt triplex ſcꝫ materialis ſimplex ⁊ ꝑſo
nalis. vn̄ ſuppō materialis eſt acceptio termi=
ni ꝓ ſuo ſignificato nō vltimato vel ſuis ſigni=
ficatis nō vltimatis ſm̄ ꝯceptū ſm̄ quem nō ac
cipit̄ vltimate. Pro quo eſt aduertenduꝫ ꝙ du
plex eſt ſignificatū ſcꝫ vltimatū ⁊ nō vltimatuꝫ
vn̄ ſignificatū vltimatū eſt illud qđ vltimate ſi
gnificat̄ ꝑ terminū ſignificantē ad placitū vltia
te vel naturaliter ꝓpꝛie. Sed ſignificatū nō vl
timatū eſt ipſemet terminꝰ vel aliꝰ ſibi ſimilis
in voce vel in ſcripto vel equalēs in mente. Ex
quo ſeqtur ꝙ terminꝰ vocalis vel ſcriptꝰ dicit̄ ſi
gnificare ad placitū dupl'r. Uno mō vltimate.
alio mō nō vltimate: vltimate ſignificat illđ ad
qđ eſt impoſitū ad ſignificandū. ſꝫ terminꝰ vo=
calis d̄r ſignificare ad placitū nō vltimate ſcri=
ptuꝫ ſibi ſinonimū: ⁊ ſcriptꝰ d̄r ſignificare nō vl
timate vocē ſibi ſinonimā. Poſſunt etiā dici ſi=
gnificare non vltimate conceptum vltimatum
mediante quo terminus vocalis vel ſcriptus
ſignificat ſuum ſignificatum.

Sciēduꝫ eſt ſcđo ꝙ ſuppoſitio ma *Suppō materialꝭ ē duplex*
terialis eſt duplex ſcꝫ diſcreta ⁊ cōis. Diſcreta
eſt acceptio termī in ꝓpoſitione materialiter
ſupponētis ſumpti cū ꝓnoīe demōſtratiuo pri
mitiue ſpēi vt hoc ly hō eſt dictio diſſillaba. ibi
ly homo ſupponit materialiter ⁊ diſcrete. Sed
communis eſt acceptio termini in propoſitio=
ne materialiter ſuppōnētis ſine ſigno ſingula=
riſante ſumpti. Et eſt duplex ſcꝫ determiata et
cōfuſa. determiata eſt acceptio termī in ꝓpōne
materialiter ⁊ cōiter ſub quo gr̄a forme poteſt
fieri deſcēſus diſiūctiue vt ſortes eſt dictio diſ=
ſillaba. Sed confuſa eſt duplex ſcꝫ confuſa tm̄

et confuſa ⁊ diſtributiua. Cõfuſa tantũ eſt acceptio termini in ꝓpoſitione materialiter ⁊ cõiter ſupponẽtis ſub quo gr̃a forme põt fieri deſcenſus copulatus vel diſiũctus vt omne nomen eſt ly homo. ibi ly hõ ſupponit materialiter cõfuſe tm̃. Sed ꝯfuſa ⁊ diſtributiua eſt acceptio termini in ꝓpoſitione materialiter ⁊ cõiter ſupponẽtis ſub quo gr̃a forme põt fieri deſcenſus copulatiuꝰ. vt omne ly hõ eſt nomẽ. ibi hõ ſupponit ꝯfuſe ⁊ diſtributiue materialiter. ſ; ſuppoſitio ſimplex eſt acceptio termini in ꝓpõne pro ſuo ſignificato p̃mario ⁊ adequato reſpectu p̃dicati vel ſubiecti ponẽtis dr̃iam inter ſupius et inferius vt hõ eſt ſpẽs hõ cõuertit̃ cũ riſibili ibi hõ ſupponit ſimpliciter ⁊ eſt duplex ſ; cõis et diſcreta. Cõis eſt acceptio termini cõis in ꝓpoſitione ꝓ ſuo ſignificato p̃mario vel adeq̃to vt hõ eſt ſpẽs. Diſcreta eſt acceptio termini diſcreti ꝓ ſuo ſignificato reſpectu p̃dicati ponentis dr̃iam inter ipm̃ ⁊ ſuperius vt ſortes ẽ indiuiduũ. Ex quo ſeq̃tur falſitas illoꝝ q̃ dicunt ꝙ ſubiecta iſtaꝝ ꝓpõnum hõ eſt digniſſima creaturaꝝ. bos eſt vtiliſſimus aratro ſupponũt ſimpliciter qđ falſum eſt. ſed ſupponũt ꝑſonaliter et de rigore ſermonis ſunt falſe. Et de iſta ſuppoſitione ponunt̃ alique regule. Prima nullus terminꝰ ſupponẽs ſimpliciter põt inferre ſuũ ſuperius. neq; ſuum inferiꝰ. vt nõ ſequit̃ homo ꝯuertit̃ cum riſibili: ergo ſortes ꝯuertit̃ cum riſibili. ſed ꝯmittit̃ fallacia figure dictionis. Secũda regl̃a nullus terminꝰ cõis ſumptus in numero plurali vel cũ ſigno vl̃i vel ꝑticulari vel ſingulariſante ſupponit ſimpliciter: ideo ſubiecta iſtaꝝ ꝓpõnum nõ ſupponunt ſimpl̃r. hoĩes ſunt ſpẽs: nullus homo eſt ſpẽs omĩs homo eſt ſpẽs. aliq̃s homo eſt ſpẽs nullus modus ſciendi eſt ſubm̃ in logica: ſed ſupponũt ꝑſonaliter.

Deſcenſus ẽ duplex.

Sciendũ eſt tertio ꝙ pro declaratione ſuppoſitionis eſt aduertendum ꝙ duplex eſt deſcenſus ſ; diuiſiuus ⁊ arguitiuꝰ. diuiſiuꝰ qui fit ꝑ diuiſionem. vt dicendo aĩalium. aliud rationale aliud irrationale. ſ; deſcẽſus arguitiuus eſt ꝯñ̃a formalis in qua arguit̃ ab aliquo termĩo cõiter ſumpto ad eius inferiora virtute ſuppoſitionis ceteris tamẽ terminis tam cathegorematicis q̃ ſincathegorematicis manẽtibꝰ et debet fieri talis deſcenſus ꝑ inferiora in ſupponẽdo de quibꝰ alias viſum eſt in quinto tractatu. Et iſte deſcenſus arguitiuꝰ eſt quadruplex. ſ; copulatiuꝰ. copulatus. diſiũctiuꝰ ⁊ diſiunctꝰ. Copulatiuus eſt quñ̃do in deſcendẽdo infertur vna copulatiua compoſita ex ſingularibus termini ſub quo fit deſcẽſus vt omĩs homo currit. ergo iſte homo currit ⁊ iſte homo currit ⁊ ſic de alijs. ſed deſcenſus copulatus ẽ quo in deſcendendo infertur vna cathegorica de extremo copulato compoſita ex omibus ſingularibus termini ſub quo fit deſcenſus vt nullum caput habet omĩs homo. ergo nullũ caput habet iſte homo ⁊ iſte homo. ⁊ ſic de alijs. Sed deſcenſus diſiũctiuus eſt quo in deſcendendo infertur vna diſiũctiua compoſita ex oĩbus ſingularibus termini ſub quo fit deſcenſus vt homo currit: ergo iſte homo currit: vel iſte homo currit ⁊ ſic de alijs. Deſcenſus diſiũctus eſt quo in deſcendẽdo infertur vna cathegorica de extremo diſiũcto compoſita ex omnibus ſingularibꝰ termini ſub quo fit deſcenſus: vt omĩs homo ẽ aĩal: ergo oĩs homo eſt hoc vel hoc vl̃ hoc anĩal et ſic de alijs. Et eſt duplex deſcenſus ſ; ſufficiens ⁊ inſufficiens. vnde ad ſenſum ſufficientem tres conditiones requirunt̃. Prima ꝙ enumerantur omnia ſingularia. Secũda ꝙ fiat taliter qualiter debet fieri: vñ ſic debet fieri ſub termino ſupponẽte confuſe ⁊ diſtributiue fit deſcenſus copulatiuus ⁊ ſub termino ſupponẽte confuſe tantum ratione ſigni confuſiui generalis fit deſcenſus diſiũctus vl̃ copulatus. ſ; ſub termino ſupponẽte determinate fit deſcenſus diſiũctiuus. ¶ Tertia conditio ꝙ ecõtrario valeat aſcenſus. defectu cuius ibi nõ eſt bonus deſcenſus omĩs homo currit. ergo iſte homo currit vl̃ iſte homo currit: quia aſcenſus nõ infert vniuerſalem. nõ eñ̃ ſequitur iſte homo currit. vel iſte homo currit ⁊ ſic de alijs: ergo omĩs homo currit. vnde aſcenſus eſt conſequentia qua arguitur ab inferioribus in ſupponendo ad ſuperius. Sed deſcenſus inſufficiens eſt qui caret vna illarum conditionũ ⁊ debet ſeruari in deſcenſu ꝙ ponatur conſtantia ſubiecti maxime in continentibus. ¶ Circa hoc queritur de hoc ſophiſmate ſecana eſt terminus diſcretus probatur quia ſecana eſt nomen ꝓpriũ: ergo eſt terminus diſcretus. Improbatur ſic. nulla aqua eſt terminus diſcretus. ſecana eſt aqua: ergo ſecana non eſt terminus diſcretus. Item nullus terminus cõmunis eſt diſcretus: ſed ſecana eſt terminus cõmunis: ergo nõ eſt terminus diſcretꝰ. Minor probatur: quia ſophiſma eſt vna propoſitio indefinita: ergo ſubiectũ eſt terminus communis. Ad ſophiſma reſpondetur ꝙ ipſum eſt verum: ad primã improbationem negatur conſequentia. cõmittitur eñ̃ fallacia figure dictionis variando ſuppoſitionẽ. Ad ſcđam dr̃ ꝙ ſecana eſt terminus cõmunis ſi materialiter accipiatur ⁊ diſcretus ſi ꝑſonaliter ⁊ ſignificatiue accipiatur.

Arguitur ſic primo ſubiectum huius ꝓpoſitionis petrus currit eſt ꝓpoſitio ſupponit materialiter ⁊ tñ̃ nõ eſt acceptio termini igitur. ¶ Scđo ſic. ſubiectum huius ꝓpoſitionis ens eſt dictio monoſillaba ſupponit materialiter ⁊ tamẽ accipitur ꝓ inferioribus ad ens quia iſte terminus ens eſt inferius ad ens. ¶ Tertio ſic: ſubiectum huius ꝓpoſitiõis homo eſt digniſſima creaturaꝝ ſupponit ſimpl̃r. et tamẽ nõ accipitur reſpectu p̃dicati ponẽtis dr̃iam inter ſuperius ⁊ inferius: igitur.

Ad primum dicitur ꝙ ibi eſt acceptio termini capiendo terminum large vt ſe extendit ad omne illud quod poteſt eſſe extre

mū ꝓpõnis. ¶ Ad ſcd̄m dicat̄ ꝙ licet ens accipiatur pro ſuis inferioribꝰ nō tñ ſm̄ oceptū vltimatū: ſed ſm̄ oceptū nō vltimatū. ¶ Dr̄ ad tertium negādo ꝙ ſubm illiꝰ ꝓpõnis ſupponat ſimpliciter. ſed ſupponit pſonalr̄ ⁊ eſt falſa.

Perſonalis autē ſuppoſitio ē acceptio termini cōmunis pro ſuis iferioribus: vt cum dicitur homo currit iſte terminus homo ſupponit ꝑ ſuis inferioribus.

¶ Primo ſciendū eſt ꝙ ſuppõ pſonalis eſt acceptio termĩ in ꝓpõne pro ſuo ſignificato primario vl̄ ſignificatis ſuis ſcd̄arijs vel pro ſuo ſignificato materiali. reſpectu p̄dicati non ponentis differentiam inter ſuperius ⁊ inferiꝰ. Et dr̄ notāter ꝑ ſuo ſignificato primario. nam quilibet terminus cōis vniuocꝰ hʒ duplex ſignificatū. ſ. primariū ⁊ ſcd̄ariū. vñ iſte terminꝰ hō de ſignificato primario ſignificat humanitatē. ⁊ de ſignificato ſcd̄ario ſignificat ſortē petrū ⁊ ſic de alijs. Et eſt talis ſuppõ duplex. ſ. cōis ⁊ diſcreta. Cōis eſt acceptio termĩ cōis cōiter tenti in ꝓpõne pro ſignificato primario vel ſignificatꝰ ſcd̄arijs: vt hō currit: hō eſt aĩal. ſed diſcreta eſt acceptio termĩ diſcreti vel cōis diſcrete tenti in propoſitione ꝑ ſuo ſignificato reſpectu predicati non ponentis differentiā inter ipſum ⁊ ſuum ſuperius: vt ſortes currit: ſortes eſt hō. ¶ Et aduerte ꝙ aliqui preter iſtas ſuppões ponūt ſuppõnem naturalem propter propões neceſſarias. ſed propter hoc nō eſt ponēda. nam veritas talium propoſitionū neceſſariū eque poteſt ſaluari per ſuppoſitionem pſonalē ſicut per naturalē. Unde eſt aduertendū ꝙ copula in propoſitionibus neceſſarijs abſoluitur a tempore. ideo tam ſubiectuʒ ꝙ̄ predicatum in ipſis ſtant indifferenter pro preſentibus preteritis ⁊ futuris: vt homo eſt aĩal: adam eſt aĩal tam ſubiectum ꝙ̄ predicatū ſupponunt indifferēter pro preſentibus preteritis et futuris. Et ſi quis petat quare melius fit talis abſolutio cōnotationis in propoſitionibꝰ neceſſarijs ꝙ̄ contingentibꝰ. Dicitur ꝙ hoc eſt propter neceſſariam habitudinem extremorum ad inuicem: habent enim termini propoſitionū neceſſariarum talem habitudinem conuenientie. vnde ad cōpoſitionem extremorū talium ꝓpoſitionū neceſſario ſeq̄tur cōformitas ſeu veritas talis ꝓpoſitionis ad terminos. ideo quādocūqʒ extrema taliū ꝓpoſitionū cōponuntur adinuicem propoſitiões cōſtitute ex ipſis ſunt ſemper vere. ⁊ hoc eſt ꝙ dicit̄ ꝙ ad veritatē taliū ꝓpoſitionū neceſſariarū nō req̄ritur ꝙ extrema ſupponant pro aliquo exiſtēte. ſed ſufficit ꝙ ſupponant pro aliquo cognito. ideo quādocūqʒ intellectus cōponit iſtā ꝓpoſitionē homo eſt animal adam eſt homo. ſemper talis ꝓpoſitio eſt vera. Et aduerte ꝙ copulā abſolui a cōnotatione temporis nihil aliud eſt ꝙ̄ ipſam abſolui a ſuo effectu qui eſt facere ſtare terminū pro preſentibus ⁊ talē abſolutionem cōnotationis poteſt habere copulā in ſuppoſitiõe perſonali. ideo non eſt neceſſe ponere ſuppõnem naturalē.

Sciendum eſt ſecūdo ꝙ pro declaratione ſuppoſitionis perſonalis diſcrete ponitur talis regula. Omnis terminꝰ ſupponēs ſiue materialr̄ ſiue ſimpliciter ſiue perſonaliter diſcrete tentꝰ ſupponit diſcrete. q: ſi terminus nō teneretur diſcrete licʒ eſſet ſingularis tunc non ſupponeret diſcrete vt dicendo ſortes eſt terminus diſcretus: ibi ille terminꝰ ſortes licet ſit ſingularis nō tamē ſupponit diſcrete. Unde terminus dicit̄ accipi diſcrete qui accipitur taliter ꝙ ratione talis acceptionis ſibi repugnat ſupponere pro pluribꝰ diuiſim ⁊ vniuoce vel ꝑ aliquo cōmunicabili pluribꝰ. Unde multis modis pōt terminus teneri diſcrete. Pͦmo quando eſt nomen ꝓpriū ſignificatiue ſumptum. vt ſortes currit. ſcd̄o quādo eſt terminus cōis ſumptus cum ꝓnomine demonſtratiuo pͥmitiue ſpēi. vt iſte homo currit. ⁊ dr̄ notanter pͥmitiue ſpēi: q: ſi eſſet deriuatiue non ſupponeret diſcrete. vt meus aſinus currit. tertio quādo terminꝰ cōis reſtringitur per nomē ꝓpriū vel ꝑ aliqd̄ ſupplens vicem eius. vt ens quod eſt ſortes currit. Quarto quādo ſunt pl̄es termini ſingulares ſingulariter tenti vt ſortes plato cicero currūt totum hoc ſupponit diſcrete. quintomodo qñ talis terminus eſt ꝓnomē pͥmitiue ſpēi ſumptum ſine ſubſtantiuo vt ego curro. Ex iſtis patet ꝙ ſubiectum huius ꝓpoſitionis ens qd̄ eſt ſortes currit ſupponit diſcrete: quia illi ſubiecto repugnat ex modo ſue ſignificationis ſupponere pro pluribus ratione illius termini ſortes qui ſignificatiue ſumptus non poteſt ſupponere pro pluribus. Et ſi quis arguat. iſte terminus ens qui eſt principalior pars illius complexi eſt terminus cōmunis ⁊ poteſt ſupponere pro pluribus. ergo tale ſubiectum non ſupponit diſcrete. Reſpondetur negando conſequentiam. nō enim ſequitur principalis pars ſubiecti eſt terminus cōmunis. ergo totuʒ ſubiectum ſupponit cōiter. Et ſi qs iterum dicat. iſte ſunt vl̄es omne ens qd̄ eſt ſortes currit. nullum ens quod eſt ſortes currit. ergo ſubiecta ſunt termĩ cōes. ⁊ ꝑ ꝯñs nō repugnat eis ſupponere ꝑ pluribus. Reſpondet̄ ꝯcedendo ꝙ tales ſint vl̄es ſed ſunt ſimplr̄ ſingulares: licʒ tamen habeant modum et figuram ꝓpoſitionis vniuerſalis. Et ſi quis iteruʒ replicet: quia termino ſingulari ſingulariter capto non poteſt congrue addi ſignum vniuerſale. ergo iſte nō erunt congrue. omne ens quod eſt ſortes currit. ⁊ nullum ens quod eſt ſortes currit. Reſpōdetur ꝙ termino ſingulari incompleto ⁊ ſingulariter tento nō poteſt congrue addi ſignū vl̄e tamen bene termino ſingulari complexo cuiꝰ vna pars eſt terminus cōmunis.

Tertio ſciendū eſt ꝙ de ſuppoſitione huiꝰ ſubiecti. iſte hō vel aſinꝰ currit eſt difficultas. cui breuiter rñdet̄ ꝙ vel illud ꝓnomen iſte demōſtrat totū ſubiectuʒ ⁊ ſic ſupponit di

ſcrete: ⁊ tūc talis ꝓpō eſt ſingularis ⁊ eſt ſenſus iſte exiſtēs hō vel aīm⁹ currit: vel demōſtrat ſolam primā ꝑtem ſubiecti. ⁊ tūc dr̄ ꝙ totū ſubiectum ſupponit cōiter: ⁊ tūc eſt ꝓpō mere indefinita nō obſtāte ꝙ pria ps ſupponat diſcrete. nā ſubiectū iſti⁹ ꝓpōnis ſortes vel plato currit ſupponit cōiter: ⁊ tñ q̄libet ps ſupponit diſcrete. Et ſi q̄s dicat q̄re ſubiectū primenō ſupponit ſuppoſitione mixta: cū vna ps ſupponat diſcrete et alia cōiter. Reſpōdet̄ ꝙ ratio eſt: q: totū ſubiectum poteſt accipi vnica acceptione alia a ſuis ꝑtibus. ideo dr̄ facere vnā ſuppōnem. ſed ſubiectum hui⁹ ſortes ⁊ plato currūt ſupponit diſcrete: q: ex modo ſue acceptōis repugnat ſibi ſupponere ꝑ plurib⁹. ¶ Circa hoc q̄ritur de hoc ſo-

De h ſophiſmate. omēs apoſtoli dei ſunt duodeci.

phiſmate oēs apl̄i dei ſunt duodecim. ⁊ ꝙ ſit verum ꝓbatur: quia maximus numer⁹ aploꝝ eſt numer⁹ duodenari⁹: ģ oēs apl̄i dei ſunt duodecim: improbat̄ q: cōtradictorium hui⁹ eſt iſtud. nō oēs apl̄i dei ſunt duodecim. ſed illa eſt vera q: equiualet iſti: aliqui apl̄i dei nō ſunt duodecim. Reſpōdetur ꝙ ly oēs pōt teneri dupliciť. vno mō diſtributiue: ⁊ tūc denotat p̄dicatū ſuppoſitionis verificari de quolibet de quo ſubiectum eſt verificabile in numero plurali: et tunc ſingulares ei⁹ ſunt iſte. iſti apoſtoli dei puta petrus ⁊ paulus ſunt duodecim. alio mō tenetur collectiue: ⁊ tunc denotat ꝙ p̄dicatū cōuenit oībus ſimul ſumptis ⁊ nulli ſeorſum. ⁊ tunc talis ꝓpō eſt vera ⁊ eſt indefinita. ⁊ toti ſubiecto nō repugnat p̄dicari de plurib⁹: nam ſi cras adhuc eſſent tres apl̄i iſta eſſ; vera quindecim apoſtoli ſunt apoſtoli dei. Et aduerte ꝙ ſi ly oēs tenetur collectiue facit terim ſequētez ſupponere cōfuſe tantū ſub quo debet fieri deſcēſus copulatus: vt ſub iſto ſubiecto apl̄i dei dz ſic deſcēdi: ģ iſti apl̄i dei ⁊ iſti apl̄i dei ⁊ ſic de alijs ſunt duodecim. Dicit̄ ģ ad ſophiſma ꝙ ſi ly omēs teneat̄ collectiue ſophiſma eſt verum: ſi diſtributiue ſophiſma eſt falſum. Et ad rōnez dicitur ꝙ ille bene equipollēt ſi oēs capiat̄ diſtributiue: ⁊ ambe ſunt falſe: ſed ſi teneat̄ collectiue nō eq̄pollent.

Arguitur ſic primo. in iſta propoſitione hō currit: ibi hō ſupponit diſcrete: et tñ nō eſt acceptio termī diſcreti igit̄: aīs ptʒ q: ſibi repugnat ex mō ſue ſignificationis ſupponere ꝑ plurib⁹: quia ſibi repugnat ſupponere pro duob⁹ lapidib⁹. ¶ Scđo ſic dicēdo chimera currit ibi eſt acceptio termini cōis cōiter tenti: ⁊ tñ nō ſupponit cōiter: igitur. ¶ Tertio ſic. ſubiectum hui⁹ ꝓpōnis hō rudibilis currit: tenetur diſcrete cū ſibi repugnet ſupponere ꝑ pluribus ratione talis acceptionis: et tamen non ſupponit diſcrete: igitur.

Ad primū dicitur ꝙ iſte terminus repugnat facit terminū ſequētem rectum ab eo ſupponere cōfuſe ⁊ diſtributiue: ideo nō ſequit̄

Terminus ex ſuo mō ſignificāt cōis.

repugnat ſupponere ꝑ duob⁹: ģ ꝑ plurib⁹: quia tūc arguit̄ ab iferiori ad ſuperius cū diſtributiōe ſuppōnis. ¶ Ad ſcđm dr̄ ꝙ aliq̄s termin⁹ dr̄ cōmunis dupliť. vno mō in ſignificādo, q: iſte termin⁹ eſt ſignificatiu⁹ pluriū vniuoce ⁊ diuiſim: et ſic chimera eſt bene terius cōis. alio mō i ſupponēdo: q: ſibi ex mō ſue ſignificatōis nō repugnat ſupponere ꝑ plurib⁹: ⁊ ſic nō eſt terminus cōis. ¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ tali ſubiecto ex mō ſue ſignificatōis repugnat ſupponere ꝑ plurib⁹: q: ſignificat rem taliter eē qualr̄ ipoſſibile eſt eſſe.

Item ꝑſonaliū ſuppōnum alia eſt deteriata alia cōfuſa. Deteriata ſuppoſitio eſt acceptio terīcōis idefinite ſūpti vl̄ cū ſigno ꝑticulari deteriatus: vt hō currit vel aliq̄s hō currit. Et dr̄ vtraqȝ illaꝝ deteriata: q: lʒ in vtraqȝ iſtaꝝ iſte terius hō ſupponat ꝑ hoīe taʒ currēte q̄ nō currēte: tñ ꝑ vno ſolo hoīe currēte vera dr̄. Et q: aliud eſt ſupponere ⁊ aliud eſt locutionem eē verā ꝑ aliquo vel falſā: igitur in p̄dictis vt dictū eſt iſte terius hō ſupponit ꝑ oī hoīe tam currēte q̄ nō currēte: lʒ reddat locutionē veraʒ ꝑ currēte ſolo. Nō aūt in vtraqȝ iſtaꝝ ſit deteriata ſuppō ptʒ: q: cum dr̄ aīal eſt ſortes vel aīal eſt plato et ſic de alijs: ergo aīal eſt oīs hō: ibi ē fallacia figure dictionis a plurib⁹ determinatis ad vnā deteriatā. Et iō iſte terius aīal idefinite poſit⁹ hʒ determinatā ſuppōnem: ⁊ ſilr̄ cū ſigno ꝑticulari. Cōfuſa ſuppō ē acceptio terī cōis ꝑ plurib⁹ mediāte ſigno vl̄i: vt cū dr̄ oīs hō eſt aīal: ibi iſte termin⁹ hō ſupponit pro plurib⁹ mediante ſigno vl̄i: quia ſupponit pro quolibet ſuo ſuppoſito. ¶ Item ſupōnum cōfuſaꝝ alia eſt cōfuſa neceſſitate ſigni vl̄ modi: ⁊ alia neceſſitate rei: vt cum dr̄. oīs hō eſt aīal: ibi iſte termin⁹ hō mediante ſigno vniuerſali cōfundit̄ ſiue diſtribuitur pro quolibet ſuppoſito. ⁊ iſte terminus animal a ꝑte predicati poſitus confunditur neceſſitate rei. Et cum vnuſquiſqȝ homo ſuaʒ habeat eſſentiā: ideo hoc verbum eſt neceſſitate rei tenetur ꝑ tot eſſentijs ꝑ quot hoībus tenetur iſte terminus homo: ⁊ cū vnicuiqȝ hoī inſit ſua aīalitas: ideo iſte terminus aīal neceſſi-

tate rei tenetur ꝑ tot aialibus ꝑ quot hoibus iſte termin⁹ hō: ⁊ ꝑ quot eēn tijs hoc verbū eſt. vnde iſte termin⁹ hō debet ſupponere ꝯfuſe mobiliter et diſtributiue: ſed cōfuſe ⁊ diſtributiue tenetur: quia tenet ꝑ oī hoie: mobiliter vero qꝛ lꝫ fieri deſcenſum ſub eo ꝑ quolibet ſuo ſuppoſito: vt omis hō eſt aial: ergo ſortes ē aial. ſed iſte terminus aial dꝫ cōfundi imobilr: qꝛ nō lꝫ fieri deſceſum ſub eo vt ois hō eſt aial: ergo ois hō eſt hoc aial. Ibi eīn fit pceſſus a ſimplici ſuppōne ad pſonalem: ſicut hic hō eſt digniſſima creaturarū: ergo hic hō vel aliqs hō: vel roſa eſt pulcherrimus florū: ergo aliqua roſa. Sed differūt in hoc quia in iſtis eſt ſimplex ſuppō ex pte ſubiecti: in illa vero ex pte pdicati. licet videat oppoſitū eſſe qđ ſupius dictū eſt ꝙ in hac ppōne omis hō eſt aial: iſte termin⁹ aial in pdicato poſit⁹ ſimplicē hꝫ ſuppōnem cū pri⁹ dr ꝙ habꝫ cōfuſaꝫ. Ad hoc dicēdū eſt ſm quoſdam ꝙ qꝛ gen⁹ pdicat de plurib⁹ differentib⁹ ſpē iſte termin⁹ aial quādo tenet ꝑ ipo in cōi qđ eſt gen⁹ ſic habꝫ ſimplicē ſuppōnem. Scđm autē ꝙ ipſa natura cōis ipſius generis multiplicatur ꝑ ſuppoſita hoīs ſic dicitur habere cōfuſam ſuppōnem nō mobiliter ſed imobiliter. Suppoſitio autē cōfuſa imobiliter poteſt cuꝫ ſimplici nō ſm idē ſed ſm diuerſa vt dictū eſt. Unde ſm hoc dicēdum eſt ꝙ ſuppoſitio ꝯfuſa mobiliter nō pōt ſimul eſſe cum ſimplici: nec ſm idem nec ſm diuerſa vt dictū eſt. Sed ego credo impoſſibile eſſe terminū cōem in predicato poſitum habere ſimplicem ſuppoſitionē ⁊ cōfundi mobiliter vel imobiliter ſigno vniuerſali exiſtente in ſubiecto affirmatiuo. vt ois hō eſt aial ⁊ ſic đ alijs cōſimilib⁹. qꝛ vt vult porphiri⁹: oē qđ pdicat đ aliquo aut eſt maius eo aut eſt equale ei de quo pdicatur ⁊ intēdit de pdicatione per ſe. ſed in hac ppōne ois homo ē aial eſt pdicatio ꝑ ſe ⁊ nō predicat eqle. ergo maius nō accidētale: ergo ſubſtātiale vel eſſentiale: ergo genus vel differētia: nō differētia ergo gen⁹: ſꝫ natura generis multiplicata mobilit vl' imobilr nō ē gen⁹: ergo cū dr ois hō eſt aial cū ibi pdicet gen⁹ nō eſſet poſſibile terīm cōeꝫ multiplicari mobiliter vel imobiliter: quia ſignificat naturā generis ꝙ iam actu nō eēt genus ſicut ſi hō cōfunderet mobiliter vel imobilr: iam nō eēt ſpēs. Itē hoc idē videt ꝑ ariſtotelem in prio thopicorū dicentē: ꝙ oē qđ de alio predicatur aut predicat conuerſim de eo aut nō. ſi cōuerſim eſt diffinitio vel ꝓpriū Si aūt nō cōuerſim predicatur de re aut cadit in diffinitionē rei aut non. Si nō tūc eſt accidēs. Si cadit in diffinitionē rei: aut eſt gen⁹ aut differētia: nō differētia: ergo gen⁹. Et intendit ariſtoteles ꝙ ibi ſit recta predicatio ⁊ ſpēs ſubijciat ſm ſe vl' multiplicatur: ſed in hac ppōne hō ē aial ē recta predicatio ⁊ ſubijcit hō ⁊ nō eqle predicat neqꝫ accidēs: ergo genus. Quare nō eſt poſſibile terminū cōeꝫ in predicato poſitū cōfundi mobilit vel imobilr. Itē totū vl'e qđ eſt gen⁹ et totū in ꝙtitate ex oppoſito ſe hūt. Sed totū in ꝙtitate ē duplex qđdam eſt totū in ꝙtitate ꝯpletū vt vbicūqꝫ cōfundit termin⁹ cōis mobilr: vt ois hō eſt aial. Aliud ē totū in ꝙtitate incōpletū ⁊ diminutiuū: vt vbicūqꝫ cōfundit terius cōis imobilr: ⁊ mltiplicat terius cōis ſimplr: ergo ſi impoſſibile ē totū in ꝙtitate eē gen⁹ incōptum hmōi nō erit ipoſſibile terīm cōem in pdicato poſitū cōfundi mobilr vl' imobiliter vt dicebat. Item ꝯparatio illa ſm quā iferiora reducūt ad ſuperiora oppoſita ē ꝯparationi ſm quā ſuperiora reducunt ad ſua iferiora. ſed

ſm primā ſumitur cōe in rōne cōis: ſʒ
ſm ſcdam ſumit̄ cōe multiplicatū ſi-
ue cōfuſū. Cū ergo terius cōis vt ſic
ſit in rōne generis nō ei poſſibile ipʒ
mltiplicari igr̄ū hmōi. Et hec ꝗ̄ttuor
argumēta ſūt ꝯcedēda. Cā aūt ꝓpter
quā mouebant̄ facil' eſt ad ſoluēdū q
tm̄ eſt vnaqꝫ cū dr̄ ois hō eſt aīal cū
vnicuiqꝫ hoī reſpōdeat ſua aīalitas
ſiue ſua eēntia cū nō poſſit eē hō qui
ſit aīal. Ideo dixerūt ꝙ iſte termin⁹
aīal tenet̄ ꝑ tot aīalib⁹ ꝑ quot hoib⁹
hō: ꝙ āt in illo argumēto nulla ſit ap
parētia pʒ: qꝛ cū dr̄ ois hō eſt albus
neceſſe ē ꝙ tot aīalitates nō itelligan
tur in ſubiecto quot ſūt hoies in qui-
bus tenet̄ hō. vn̄ nihil eſt dicere ꝙ hʒ
illas aīalitates a ꝑdicato cū ibi ꝑdi-
cet̄ albū. Un̄ dicendū ꝙ hō logice lo-
quēdo nō naturalr̄ ex aīali ꝛ rōali cō
ponit̄: nō de ſe hʒ illaꝝ aīalitatū mul-
tiplicationē: vn̄ cū dico ſic ois hō eſt
alb⁹ nullo mō hʒ illas aīalitates a ꝑ-
dicato cuʒ ibi ꝑdicet̄ alb⁹ vt dictū eſt
Sic āt eſt in ꝓpoſito cū ibi ꝑdicet̄ ge
nus de ſpē: vt ois hō eſt aīal. In hac
ei ꝓpōne ſubiicit̄ hō i quo itelligitur
multitudo illaꝝ aīalitatū ꝛ predicat̄
hoc gen⁹ aīal qḋ nullo mō ꝯfunditur
mobilr̄ vel imobilr̄: ſed ſtat ibi natu-
ra ſiue ꝑ eſſentia ipſi⁹ generis cōis
de plurib⁹ ꝑdicabilis. vn̄ aīal predi-
cat̄ ꝛ aīal itelligit̄ i ſubiecto ſicut hic
oē aīal rōnale ē aīal. Silr̄ dico ꝙ hoc
verbū ē nō cōfundit̄ mobilr̄ vel imo-
bilr̄: qꝛ ꝙ aīal eēt vel exiſteret in hoc
hoie hoc hʒ ſubiectū de ſe anteꝙ̄ in ꝓ
pōne ſubiiciat̄ predicato eēntiali vel
accidētali. Et ꝓpter hͦ deſtruim⁹ quā
dā diuiſionē factā. ſ. cōfuſaꝝ ſuppoſi
tionū alia ē ꝯfuſa neceſſitate rei: alia
eſt cōfuſa neceſſitate modi ſiue ſigni:
dicim⁹ eīn ꝙ ois cōfuſio ſit neceſſita
te ſigni vel modi: vt cum dr̄ oīe aīal
rōnale ē aīal: iſte terius aīal in ſubie-
cto poſit⁹ tenet̄ neceſſitate ſigni pro
oīni animali qḋ eſt homo. Similr̄ hic
omis homo eſt animal: iſte terminus
homo tenetur pro omni homine ꝛ nō
ſolum pro homine: ſed etiam pro om
ni animali qḋ eſt homo: et ideo tot in
telliguntur animalitates quot huma
nitates naturaliter loquēdo: quia ea
dem eſt humanitas in quelibet indi
uiduo hominis ſm viam logicorum.
et non ſm viaʒ nature: ſic homo in cō
muni idem eſt. vnde ꝙ ſit hec anima-
litas vel illa hoc eſt ratione materie.
In via enim nature humanitas mea
differt ab humanitate tua ꝑ ſe ꝛ ani-
ma mea per quam cauſatur humani-
tas tua in te. Et propter hoc ſignum
confundit hominem: non tamen con-
fundit animal in cōmuni. ſed animal
cōtractum ad hominem per ſuas dif
ferentias. Unde ſequitur ꝙ oīnis cō
cluſio ſit neceſſitate ſigni vel modi.

Et ſic eſt finis ſuppoſitionum
Petri hyſpani ꝛ hoc quo ad ter
minos abſolutos.

¶ Sciendum eſt primo ꝙ ſuppoſitio terīna-
ta eſt acceptio termini in propoſitiōe pro ſuo ſi-
gnificato vel ſuis ſignificatis ſcdarijs ſeu inferio
rib⁹ diſiunctiue id eſt ſub quo pōt fieri deſcēſus
ꝑ ꝓpōnem diſiunctiuā. Unde deſcēdere diſiun-
ctiue ſub aliquo termino nō eſt aliud ꝙ̄ ex ꝓpo-
ſitione ex qua ponit̄ termin⁹ ſuppōnēs determina
te inferre ꝓpōnem diſiunctiuā in qua ponūtur
ſingularia cōtenta ſub termīo ſupponēte deter-
minate. vnde ꝓ declaratiōe iſtius ſuppoſitiōis
ponūtur alique regule. ¶ Prima: omnis termī
nus cōis cōiter tētus ſupra quā nō cadit ſignū
cōfuſiuū nō impeditū: ſupponit determīate. vt hō
currit: quidā hō currit. Dicitur notanter cōiter
tentus: quia ſi teneret̄ diſcrete non ſupponeret
determīate vt iſte hō currit. Dicitur etiā notāter
ſupra quā nō cadit ſignū cōfuſiuū: quia tunc ta
lis terminus nō ſupponeret determinate. vnde
ſignū cōfuſiuū eſt ſignū faciēs termīn ſequenteʒ
cui addit̄ ſupponere cōfuſe tm̄ vel confuſe ꝛ di-
ſtributiue. vt ſunt iſta ſigna: oīs nullus nō tamē
ꝑter. ſed illud dicitur ſignū non cōfuſiuū nō qḋ
facit terminū ſupponentē ſupponere cōfuſe tm̄
vel cōfuſe ꝛ diſtributiue: vt aliquis alter quidā
reliquus. ¶ Scda regula: ſubiectum ꝓpōnis
indefinite cui nō ꝑponit̄ aliqḋ ſincathegorema
ſi ſupponat ſupponit determīate reductiue ꝛ non
proprie. Et dicit̄ notāter ſi ſupponat propter ta

Quid eſt ſuppoſitio terminata.

les ꝓpōnes chimera currit ſcocernus diſputat
que ſunt indefinite:⁊ tamē ſubiecta non ſuppo=
nunt determinate. Dicit̄ notāter cui nō ꝑponit̄
aliqđ ſincathegorema ꝓpter tales ꝓpōnes oēm
equū videt hō ⁊ tm̄ homo currit que ſunt inde=
finite:⁊ tū ſubiecta eaꝝ nō ſupponūt determina
te ſed cōfuſe tantū. Dicitur notāter reductiue ⁊
nō ꝓprie:quia terius cōis īportat ſua ſignifica=
ta ſcđaria ſeu inferiora indiſiunctim: ergo ſi de
beat accipi copulatiue vel diſiūctiue hoc eſt per
aliqđ ſignū limitās intellectū ad ſic accipiēdū
terīm ⁊ nullū ponit̄ in ꝓpoſitione īdefinita cuiꝰ
ſubiectū ſupponit determiāte igitur. ſed ſubie=
ctum ꝓpōnis ꝑticularis ſupponit determiāte ꝓ
prie:⁊ qꝛ eadē eſt cā veritatis ꝓpōnis ꝑticularꝭ
et indefinite:quia eidē ꝓpōnī opponūtur. ⁊ hoc
maxime rōne ſuppōis termioꝝ. ideo ſuppoſitio
ſubiecti indefinite reducitur ad ſuppōnem ſub=
iecti ꝑticularis. Ex iſto ſequitur differētia inter
propōnem indefinitā ⁊ ꝑticularē. nam ſubiectū
particularis ſupponit determinate ꝓprie. ⁊ ſub
iectū indefinite cui nō ꝑponit̄ aliquod ſincathe
gorema ſupponit determinate reductiue.

Quid eſt ſuppō ꝑſonalis ꝯfuſa.

Sciendum eſt ſcđo ꝙ ſuppoſitio
confuſa diuidit̄ in cōfuſa ⁊ diſtributiuā ⁊ confu
ſam tm̄. vñ ſuppō ꝑſonalis cōfuſa ⁊ diſtributiua
eſt acceptio termī cōis cōiter tenti ꝓ omnibus
ſuis ſignificatis ſcđarijs vel īferioribus copula=
tiue:vt oīs homo currit:ibi iſte terminus homo
ſupponit cōfuſe ⁊ diſtributiue. ¶ Pro cuius de=
claratione ponitur alique regule. Prima. oīs
terminꝰ cōis cōiter tētus ſupponēs materialit̄
vel ꝑſonalr̄ cui īmediate addit̄ ſignū vl̄e affir=
matiuū nō īpeditū ⁊ ſincathegorematice ſūptū
ſupponit cōfuſe ⁊ diſtributiue. vt omnis hō cur=
rit. Dicitur notāter cui īmediate additur ſignū
quia ſi adderet̄ ſolū mediate:tunc talis nō ſup
poneret cōfuſe ⁊ diſtributiue: ſed magis cōfuſe
tantū:vt cuiuſlibet hōis aſinus currit. ly aſinus
ſupponit cōfuſe tantum. Dicitur notāter nō im
peditū:qꝛ ſi impediret̄ per negatiōnē vel ꝑ ali=
quod equiualens. tūc talis terminus nō ſuppo
neret confuſe ⁊ diſtributiue:vt nō oīs hō currit
ibi hō nō ſupponit cōfuſe ⁊ diſtributiue. ſed de=
terīate. Dr̄ notāter ſincathegorematice captum
qꝛ ſi nō teneret̄ ſincathegorematice ſꝫ materia=
liter:tūc talis terminꝰ nō ſupponeret ꝯfuſe ⁊ di
ſtributiue. vt oīs hō eſt totum in ꝗntitate. ibi ille
terminus hō nō ſupponit cōfuſe ⁊ diſtributiue.
Secunda regula quilibꝫ terminꝰ ſupponēs cō
muniter ſequēs negationē negantē vel ſignuꝫ
negatiuū poſitum ſupra ipſum dūmō nō īpe
diatur ⁊ ſignificatiue accipiatur ſupponit con=
fuſe ⁊ diſtributiue. Dicitur notāter poſitū ſupra
terminū:qꝛ ſi negatio nō ferat̄ ſupra terminuꝫ
tunc talis terminꝰ nō ſupponeret ꝯfuſe ⁊ diſtri
butiue vt hō qui nō currit eſt animal. ibi ly ani
mal nō diſtribuit̄ qꝛ negatio nō cadit ſupra ipꝫ
Dicitur notāter dūmō nō impediatur. qꝛ ſi im
pediretur nō faceret terminū ſtare cōfuſe ⁊ di=
ſtributiue. Et aduerte ꝙ negatio pōt impediri
multis modis. Primo ꝑ aliā negationē vt non hō
nō eſt animal. ſcđo ꝑ ſignū diſtributiuū vel per
aliqđ equiualēs. vt nullꝰ hō eſt oē aīal. etiam ꝑ
terminos includētes negationē ſicut ſunt ꝯpara=
tiui et ſuperlatiui. etiā īpeditur per ſignū ſpe=
ciale ꝯfuſiuū vt nō ꝓmitto tibi equū:ly equum
nō ſupponit diſtributiue diſtributiōe ꝯpleta lꝫ
bene īcōpleta. Et aduerte ꝙ duplex eſt negatio
ſcꝫ negatio negās et infinitans. negans eſt que
negat copulam et denotat diuiſionē ꝑdicati a
ſubiecto ⁊ diſtribuit omnē terminū ſequētē ſiue
mediatū ſiue īmediatū. ſed negatio infinitans
ſolū fertur ſupra ſubiectū vel predicatū. ⁊ ſoluꝫ
diſtribuit terīm cui īmediate additur ⁊ eſt ſem
ꝑ pars ſubiecti cui additur. Et ſi quis ꝗrat an
in iſta propōne hō nō eſt aſinus. ⁊ deus eſt. deꝰ
diſtribuat̄. Pro ſolutione ponūtur alique ꝓpo=
ſitiones. prima negatio noīalis poſita in princi=
pio ꝓpōnis ypothetice ſolum negat copulam
prime cathegorice ⁊ nō negat ſcđam cathegori
cam vt nullus homo currit ⁊ deus eſt. ly nullus
ſolum cadit ſupra primā copulaꝫ. ⁊ ſupra extre
ma pertinētia ad illam copulaꝫ. Scđa ꝓpoſitio
negatio negans aduerbialis poſita in ꝑncipio
ꝓpoſitionis ypothetice negat oēs copulas ſe
quētes ⁊ diſtribuit termīos pertinētes ad illas
copulas vt nō homo currit ⁊ deus eſt. ibi deus
ſupponit diſtributiue: qꝛ equalet iſti nullus deꝰ
eſt. Tertia ꝓpoſitio negatio negans aduerbia
lis nō poſita in principio ꝓpoſitionis ypotheti
ce. ſed immediate ante copulam ſolum negat il
lam copulam ⁊ extrema illius copule. vnde in
iſta ꝓpoſitione homo nō eſt aſinꝰ ⁊ deus eſt. ly
nō:non cadit niſi ſupra primam copulam: ideo
deus nō diſtribuitur.

Sciendum eſt tertio ꝙ pro maiori
declaratiōe ponūtur alique regule. Prima ter
minꝰ infinitatus cōiter tentus ſupponit confu=
ſe ⁊ diſtributiue vt nō hō currit. ibi hō ſupponit
confuſe ⁊ diſtributiue. vnde differentia eſt inter
terminū inffinitū ⁊ terminū infinitatū. nam ter
minus infinitus eſt aggregatum ex termino fi=
nito ⁊ negatiōe infinitante. vt nō homo. ſed ter
minus infinitās ē terminꝰ cui addit̄ negatio in
finitans. vt nō homo. ibi hō dr̄ terminus infini
tatus ⁊ talis cōiter tentus ſupponit cōfuſe ⁊ di
ſtributiue niſi impediat̄:qꝛ ſi impediret̄ nō ſup=
poneret confuſe ⁊ diſtributiue. vt dicendo nihil
quod eſt nō homo currit ibi homo non ſuppo=
nit diſtributiue:quia non licet fieri deſcenſum
copulatiuum ſub eo. Et ſi quis dicat dicendo
non homo currit ibi homo infinitatur. ⁊ tamen
non ſupponit confuſe ⁊ diſtributiue: quia ſub
eo non poteſt fieri deſcenſus copulatiuus:quia
hic non eſt bonus deſcenſus non homo currit.
ergo non iſte homo currit ⁊ non iſte homo cur=
rit:quia deſcenſus dꝫ eſſe a ſuperiori ad inferio
ra:hic aūt arguit̄ ab īferiori ad ſuperiora: qꝛ ly
nō iſte homo eſt ſuperiꝰ ad ly nō hō cū de pluri

bus predicetur. Reſpōdetur ꝙ ly hō ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue. ꝛ ꝙ ſub eo pōt fieri deſcenſus. Et quādo arguit ibi arguit ab inferiori ad ſuperius: dicitur ꝙ cōparādo non hō ad totum hoc nō iſte hō arguit ab inferiori ad ſuperi⁹: ſꝫ cōparando hō ad ly iſte hō arguit a ſupiori ad inferius. ¶ Scḋa regula: quilibet termin⁹ ſupponens cōiter materialr' vel pſonaliter ſequens cōparatiuū cōparatiue tentū: rectus ab eo ex vi cōparatōis dū mō nō īpediatur ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue: vt ſortes eſt fortior hoīe: ſortes eſt fortiſſim⁹ hoīm. tam ly hoīe ꝙ ly hoīm ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue. Dicitur notanter ſequens: quia ſi talis terminus nō ſequeret cōparatiuū vel ſuppellatiuū. tūc nō ſupponeret confuſe ꝛ diſtributiue: vt aſinus eſt hoīe fortior. ibi hoīe nō ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue. Dicitur notanter rectus a cōparatiuo vel ſuppellatiuo ex vi cōparationis. quia ſi nō regeretur ex vi cōparationis nō ſupponeret cōfuſe ꝛ diſtributiue vt ſortes eſt fortior manu leone: ibi ly manu nō ſupponit ꝯfuſe ꝛ diſtributiue. Dicitur notanter dūmō nō impediatur: quia ſi impediretur non ſupponeret confuſe ꝛ diſtributiue: vt muſca eſt fortior omni aīali ibi ly animali nō ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue. ideo iſta eſt vera muſca eſt fortior omni animali vbi iſta eſt falſa muſca eſt fortior animali. ¶ Circa hoc querit de hoc ſophiſmate cuiuſlibet hoīs aſin⁹ currit poſito caſu ꝙ quilibet hō habeat duos aſinos vnū currētem ꝛ alium quieſcentē: quod ſit verum probat quia iſtius hoīs aſinus currit: ꝛ iſtius hominis aſinus currit: ꝛ ſic de alijs: ergo cuiuſlibet hoīs aſinus currit. Improbatur ſic: alicuius hominis aſinus non currit: ergo ſophiſma eſt falſum: cōſequentia tenet per legem contradictoriarum. ¶ Scḋo ſic. cuiuſlibet hoīs aſinus non currit: ergo ſophiſma eſt falſum: aūs patet inductiue et tenet cōſequentia per legem contrariarum. ¶ Tertio ſic: iſta eſt vera nullius hominis aſinus currit: ergo iſta eſt falſa cuiuſlibet hoīs aſinus currit. antecedens ptꝫ inductiue: ꝛ cōſequētia probatur per legem contrariarum. Reſpondetur ad ſophiſma quod eſt verum. Ad primā improbationem dicitur ꝙ iſte non ſunt cōtradictorie: quia ille terminus aſinus remanet indiſtributus in vtraqꝫ. modo regula eſt ꝙ oīs terminus diſtribuibilis in vna cōtradictoriarū nō diſtributus dꝫ diſtribui ī alia dūmō talis terminus nō ſit accept⁹ vnica acceptione cū ſua determinatione: vt viſuꝫ eſt in capitulo de ꝯtradictorijs. Ad ſecundā dr̄ ꝙ nō ſunt ꝯtrarie ſed ſic oꝫ dare cuiſlibꝫ hoīs nullus aſin⁹ currit. Ad tertiā dicitur ꝙ iſta eſt falſa: nullus hoīs aſin⁹ currit: qꝛ ibi ly aſinus diſtribuit ꝛ dꝫ ſic induci. ḡ iſtius hominis iſte aſinus nō currit. ꝛ iſtiuſmet hominis iſte aſinus nō currit.

Arguitur ſic pmo in iſta ꝓpoſitiōe omni tpe. aīal oīs hō eſt ly tempore ſequit imediate ſignū vl'e et tū nō ſupponit ꝯfuſe ꝛ diſtributiue qꝛ ſub eo nō poteſt fieri deſcenſus copulatiuus: qꝛ illa eſt falſa iſto tēpore aīal oīs hō ē ¶ Secundo ſic. in iſta oīs ſol lucet ly ſol ſequit immediate ſignū vl'e affirmatiuū nō impeditū et tū nō ſupponit confuſe et diſtributiue. qꝛ ſub eo nō licet fieri deſcenſus copulatiuus cū nō habeat ſuppoſita. ¶ Tertio ſic in iſta ꝓpoſitione nullū caput habet omnis homo nō videtur qualiter ſupponat predicatū. Primo non ſupponit confuſe et diſtributiue: qꝛ ſupra ipſum cadunt duo ſigna diſtributiua. nec ꝯfuſe tm̄ nec determinate cū ſub eo nō liceat fieri deſcenſus diſiunctiu⁹ nec diſiunctus.

Ad primuꝫ dicitur ꝙ ad hoc ꝙ ſub tali termino tpe fiat deſcenſus debꝫ pmo reſolui in iſtam. oī tpe omnis hō eſt animal. nam in deſcenſu cauēdū eſt ꝙ termiī in deſcēdentib⁹ ſub ꝗbus nō fit deſcēſus teneant vniformiter ſicut in deſcenſu. ¶ Ad ſcḋm dr̄ ꝙ licet nō fiat deſcēſus ſub ly ſol hoc tū ſibi nō repugnat rōne ſue ſignificationis qḋ ſufficit. ¶ Ad tertium dr̄ ꝙ tale pdicatum ſupponit ꝯfuſe tm̄ ꝛ ſub eo debet fieri dſcēſus copulatiu⁹. vn̄ nō opꝫ ꝙ ſemp ſub termino ſupponēte cōfuſe tantum fiat deſcenſus diſiūctiuus ſed pōt fieri copulatus

¶ Seqtur de ſuppoſitione pſonali.

Primo ſciendū eſt ꝙ pro maiori declaratione ſuppōnis pſonalis ꝯfuſe ꝛ diſtributiue ponūtur alique regl'e. quarū prima eſt ꝙ oīs termin⁹ cōis cōiter tentus ſupponēs materialiter vel pſonaliter ſequēs terminū includentē negationē explicite vel implicite dūmodo ille termin⁹ nō impediat ꝛ cū eo ꝯſtruat ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue. vt iſte caret viſu ibi iſte ablatiu⁹ viſu ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue rōne illius dictionis caret. ſimiliter rudibilitas repugnat homini. ibi homini ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue. ſimiliter iſti termī priuatus ſpoliat⁹. cecus. ignoro. neſcio. nego vel eoruꝫ ſimiles faciūt terminū ſequētem cū eis conſtructum ſupponere cōfuſe ꝛ diſtributiue dūmodo nō impediat ꝑ aliud ſignū. Scḋa regula ꝙ terminus ſequēs iſtā dictionē extra. vel iſtā dictionem ſiue immediate ꝑ modū caſualis illi⁹ ꝓpoſitionis dūmodo nō impediat ſupponit cōfuſe et diſtributiue. vt iſte eſt extra domū. ibi ly domum ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue: etiam iſte eſt ſine pedibus ly pedibus ſupponit confuſe ꝛ diſtributiue. Tertia regula. termin⁹ cōmunis exiſtens predicatum ꝓpoſitionis excluſiue ſupponit cōfuſe ꝛ diſtributiue. dūmō nō impediat vt tantum animal eſt homo. ibi ly homo ſupponit confuſe ꝛ diſtributiue. ꝛ ſubiectum ſupponit confuſe tantum. puta ly animal. Ex quo ſequitur ꝙ illud ſignum tantum agit in ſubiectū et predicatum ſaltem inſtrumentaliter. alia tamen ꝛ alia ratione. ¶ Et ſi quis dicat: ly aīal in exponētibus nō ſupponit confuſe tantum: ergo neqꝫ in ipſa exponibili. negatur conſequētia ꝛ cum ꝓbatur: quia termini in propoſitionibus equiualentibus debent ſupponere. eodem modo dicitur ꝙ verum eſt in equiualentibus

in ſignificando ſed nõ in ꝓpoſitionibus equiua
lentibus in inferẽdo cuiuſmõi ſunt ꝓpoſitio exponi
bilis ⁊ ſue exponentes. Ex quo ſequitur ꝙ ꝓpo
ſitiones exponibiles nõ ſunt ypothetice ſed ca-
thegorice. Quarta regula aduerbia ſimilitudi-
nis vt ita ſic ſicut et ſic de alijs: faciunt terminos
ſequentes ſupponibiles ⁊ diſtribuibiles ſup po
nere cõfuſe et diſtributiue. et hoc ſi talis termi-
nus ſequatur imediate et regatur a tali aduerbio
in ratione cõparationis. vt ſortes eſt ita albus ſic
aſinus. ibi ly aſinus ſupponit ꝯfuſe ⁊ diſtributiue.

Sciendũ eſt ſecundo ꝙ iſte dictio-
nes differt differẽs ⁊ diuerſum et conſimiles in-
cludentes in ſe negationẽ faciunt ablt̃os ſequẽ
tes rectos ab eis mediante iſta prepõne a vel ab
diſtribuibiles ſupponẽtes nõ impeditos ſuppo
nere confuſe et diſtributiue vt ſortes differt ab
aſino. ly aſino ibi ſupponit cõfuſe et diſtributiue
Et notanter ponuntur iſte particule puta ꝙ po
natur poſt et ꝙ regatur ab eis mediante prepo
ſitiõe a vel ab ſupponẽtes diſtribuibilis: quia ſi nõ
ſeruarentur talis regula nõ eſſet vera. Secũda
regula. aggregatũ ex recto ⁊ obliquo ſequẽs im
mediate ſignũ vl̃e non precedente obliquo ſup-
ponit ꝯfuſe et diſtributiue vt quilibet aſinus ho
minis currit. vnde oẽs logici cõueniũt in hoc ꝙ
totũ aggregatũ ſupponit cõfuſe et diſtributiue
ſed de ly hominis diſconueniũt. nam dicunt ali
qui ꝙ ly hominis ſupponit cõfuſe ⁊ diſtributiue
alij dicũt ꝙ ſupponit cõfuſe et diſtributiue. ⁊ ad
huc iſti duo diuerſificantur: quia dicunt aliqui ꝙ ſup
ponit diſtributiue ſimpliciter. ita ꝙ talis ꝓpoſitio
quilibet aſinus hominis currit. equiualet iſti q̃
libet aſinus cuiuſlibet hominis currit. alij dicũt
ꝙ ſupponit diſtributiue ſm quid. quia ibi ly aſinus
reſtringitur ꝑ ly hominis ⁊ etiã ly hominis re-
ſtringitur ꝑ ly aſinus. ad ſtandũ preciſe pro ho-
minibus habentibus aſinos. Et ex iſta regula ſe-
quitur alia regula ꝙ determinatio et ſuũ deter-
minabile eodẽ mõ ſupponũt. vt omnis homo al
bus currit. ibi totũ hoc homo albus ſupponit cõ
fuſe et diſtributiue. Tertia regula. terminus ſu-
pra quã cadit dictio exceptiua ſupponibilis et di
ſtribuibilis ſupponit confuſe et diſtributiue dũ
modo virtus dictiõis exceptiue nõ ĩpediatur ꝑ
aliquã negationẽ. vt omne aĩal preter hominẽ
eſt irrationale ibi ly hominem ſupponit confuſe
et diſtributiue. Quarta regula terminus ſupra
quẽ cadit dictio reduplicatiua ſupponibilis ⁊ di
ſtribuibilis. ſupponit cõfuſe et diſtributiue dũ
modo virtus dictionis reduplicatiue non impe
diatur. vt omnis homo inq̃ntum animal ratiõa-
le eſt riſibilis ibi ly animal ratiõale ſupponit cõ
fuſe et diſtributiue.

Sciendum eſt tertio ꝙ ſuppoſitio
confuſa tantũ eſt acceptio termini cõmunis in
propoſitione pro omnibus ſuis ſuppoſitis diſiũ-
ctim vel copulatim. et dicitur notanter diſiunctim
vel copulatim: quia ſub termino ſupponente cõ
fuſe tantũ: aliquando fit deſcenſus diſiunctus.
vt omnis hõ eſt animal ſub ly animal fit deſcẽ
ſus diſiunctus: et aliquãdo deſcenſus copulatus
vt nullum caput habet omnis homo. ſub ly ho-
mo fit deſcenſus copulatus et aliquãdo nullus
fit deſcenſus ꝓpter appellationem. vt cognoſco
venientẽ. ly venientẽ ſupponit confuſe tantum
et ſub eo proprie nõ fit deſcenſus. Et aduerte ꝙ
de ea ponuntur alique regule. Prima cuiuſlibet
propoſitionis vniuerſalis affirmatiue ſi predi-
catũ ſupponat ſupponit cõfuſe tantũ niſi impe
diatur vt omnis hõ eſt animal. Secunda regu-
la. ſubiectũ ꝓpoſitiõis excluſiue affirmatiue cõ
muniter captũ et nõ impeditũ ſupponit cõfuſe
tantum vt tm̃ homo eſt animal. hõ ſupponit cõ
fuſe tantũ. Et aduerte ꝙ dicũt aliqui ꝙ iſta rl̃a
intelligitur dummodo talis ꝓpoſitio exponatur
gratia alietatis quia ſi exponeretur gratia plu
ralitatis tunc ſupponeret determinate tantum
vt tantum quinq; ſunt predicabilia: ibi ly quin-
q; ſupponit determinate. Tertia regula. omnis
terminus ſupponẽs cõmuniter ſequens mediate
ſignũ vniuerſale affirmatiuũ non impeditũ ca
dens ſupra copulã propoſitionis ſupponit con
fuſe tantũ. vt omni tempore homo currit. ibi hõ
ſupponit cõfuſe tantũ. et hoc debet intelligi vt
dicunt aliqui. niſi talis terminus ſit determinatio
poſita in eodẽ extremo cũ termino diſtributo.
quia tunc ſupponeret cõfuſe et diſtributiue: vt
quilibet hominis aſinus currit: ſed de hoc iam
ſatis viſum eſt. Et dicitur notãter cadẽs ſupra
eandem copulã quia ſi non caderet nõ ſuppone
ret cõfuſe tantũ vt ſortes videns omnẽ equum
eſt currẽs ibi ly currẽs nõ ſupponit ꝯfuſe tantũ
ſed determinate. ¶ Circa hoc queritur de hoc ſo-
phiſmate omne aĩal videns omnẽ aſinũ eſt hõ
poſito caſu ꝙ ſolũ ſint tres aſini in mũdo quos
quilibet homo videat et ſolũ homo videat illos
tres aſinos et q̃libet aſinus videat ſeipſũ. tũc
probatur ꝙ ſit verũ quia ſua ꝯtradictoria eſt fal
ſa: igitur eſt verũ. improbatur ſic quia ſi eſſet ve
rum ſequeretur ꝙ ſub illo termino aſinum qui
ſupponit cõfuſe et diſtributiue poſſet fieri deſcẽ
ſus copulatiuus. ſed hoc eſt falſum igitur. minor
probatur quia tũc deſcendentes eſſent falſe vbi
deſcenſa eſſet vera quia deſcendẽtes ſunt iſte oẽ
animal videns hunc aſinũ eſt homo. et oẽ aĩal
videns hunc aſinum eſt homo. ſed oẽs iſte ſunt
falſe. quia aſinus eſt videns hunc aſinum. et tñ
non eſt homo. Reſpondetur ꝙ ſophiſma eſt ve
rum et dicitur ꝙ male deſcenditur. Unde notan-
dum eſt ꝙ qñcunq; fit deſcenſus debemus caue
re ꝙ termini ſub quibus nõ deſcenditur accipiã
tur pro tot in deſcendentibus ſicut in deſcenſa ⁊
ideo dico ꝙ debet ſic deſcendi omne aĩal vidẽs
omnem aſinũ et hũc aſinum eſt homo et omne
animal videns omnẽ aſinũ et hunc aſinũ eſt hõ
et ſic de alijs. et per hoc etiã ſoluitur ſimile ſo-
phiſma. omne animal quod nõ eſt homo eſt ir-
rationale ſed debet ſic deſcẽdi ſub ly homo omne
animal qđ nõ eſt homo. et iſte hõ eſt irratiõale
ſimiliter debet deſcendi ſub ly ente in iſta propo
ſitione omne differẽs ab ente nõ eſt. ſic etiã de-
bet deſcendi ſub termino poſito poſt dictionem

exceptiuā et dictionē reduplicatiuam: vt omne animal preter hominē eſt irrationale ſub ly hominem debet ſic deſcendi etiam dicēdo omnis homo inq̄tum rationalis eſt riſibilis ſub ly rationalis debet ſic deſcendi.

Arguitur ſic primo in iſta propoſitione homo nō eſt animal: animal ſupponit cōfuſe et diſtributiue. et tamē ſub eo nō licet fieri deſcenſus copulatiuus quia deſcendētes eſſent vere et deſcenſa falſa. ¶ Secūdo ſic. iſta eſt vniuerſalis. oīs hō vel aſinus currit et tamē ſubiectum ei⁹ nō ſupponit cōfuſe et diſtributiue: igr̄. ¶ Tertio ſic in iſta ꝓpoſitiōe ſortes qui nō eſt aſinus eſt currens: ly currens ſequitur negationem: et tamen non ſupponit confuſe: et diſtributiue: igitur.

Ad primū dicitur ꝙ ſic debꝫ deſcēdi. ergo homo et idē homo nō eſt hoc animal: et ſic de aliis. et ſic vna deſcendentium erit falſa. ¶ Ad ſecūdū dicit̄ ꝙ multociēs patuit ſolutio. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ illa regula debet intelligi dūmō illi termini pertineāt ad eandē copulam ſupra quā cadit negatio.

¶ Sequitur de ſuppoſitiōe ꝯfuſa tm̄.

Sciendūꝫ eſt primo ꝙ pro maiori declaratione ſuppoſitiōis ꝯfuſe tantū ponuntur adhuc alique regle. prima termin⁹ cōis ſumpt⁹ cōmuniter ſequens dictionē importantē actum anime interiorē rectus a tali dictiōe in quā trāſit actus importatus p talē dictionem ſupponit cōfuſe tantū dūmō in tali dictiōe nō includatur negatio vt cognoſco. deſidero. appeto. intelligo ſcio. contemno. etiā eorū participia. Et dicitur notanter ſequēs q: ſi precederet non oporteret ꝙ ſupponat cōfuſe tātū vt hominē cognoſco. ly hominem nō ſupponit cōfuſe tantū. Dicitur notāter dictionē importantē actū interiorem anime quia dictiōes importantes actum ſenſus exterioris nō faciūt terminū ſequentē ſupponere cōfuſe tantum: vt video lapidē. ibi lapidē nō ſupponit ꝯfuſe tantū. ſed determinate. Dicitur notanter rectus a tali dictione in qua trāſit actus quia ſi nō regeretur a tali dictiōe tunc nō ſupponeret confuſe tantū. vt cognoſco hominē intellectu. ibi intellectu nō ſupponit cōfuſe tantum. ſꝫ determinate: quia ſupra eū nō trāſit actus hui⁹ verbi ſcio. Dicitur notanter dummō talis dictio nō includat negatiōnē. quia tunc nō ſupponerꝫ cōfuſe tantū ſed cōfuſe et diſtributiue ꝓpter negationem incluſam in tali dictione. vt ignoro lectionem. ¶ Aduerte etiā ꝙ iſta tria verba. ſ. promitto. obligor. et requiro faciūt terminos ſequētes cōmuniter ſumptos rectos ab ipis ſupponere cōfuſe tantū vt promitto tibi equū. ad equitādum requiritur equus ibi equū et equus ſupponūt confuſe tantū. ¶ Aduerte vltra ꝙ tales caſus recti a talibus dictionibus et etiā prioribus importantibus actum interiorē aīe in ſuis contradictoriis ſupponūt cōfuſe et diſtributiue diſtributione incōpleta. vnde ille terminus dicit̄ ſupponere diſtributiue diſtributione incōpleta qui ſic ſe habꝫ ꝙ remoto ſigno diſtributiuo ſupponit cōfuſe tantum ratiōe ſui ſpecialis ꝯfuſiui et ſub tali poteſt recte fieri deſcenſus mixtus vnde deſcenſus mixtus eſt qui fit partim copulatiue et partim diſiunctiue. vt bis non bibi vinum. ergo non bis bibi hoc vinum vel hoc vinū et non bis bibi hoc vinum vel hoc vinum vel hoc vinū. Ex quo ſequitur ꝙ nō eſt idem dicere ego nō promitto tibi equū et nullū equū tibi promitto. quia vna eſt vera et alia falſa neqꝫ termini ſupponūt vniformiter nam in iſta nullū equū tibi promitto ly equū ſupponit confuſe et diſtributiue diſtributione cōpleta et eſt vera naꝫ ſi ſignum diſtributiuū remoueatur ly equum ſupponit determinate. ſed in iſta ego nō promitto tibi equum. ly equū ſupponit diſtributiue diſtributione incōpleta quia ſi ſignum diſtributiuū remoueatur puta ly nō ſupponit confuſe tantum ratio ſigni ſpecialis cōfuſiui quod impedit negatio diſtributa diſtributione ꝯpleta.

Sciendū eſt ſecundo ꝙ ſecunda regula talis eſt. terminus ſupponēs cōmuniter ſequens copulatum ex terminis de predicamēto vbi et predicamento quādo ſupponit confuſe tātum niſi impediatur. et hoc ſi in tali copulato illa cōiunctio et teneatur diuiſiue et nō complexiue. et ratio huius regule eſt. quia tunc talis propoſitio eſt reſolubilis in copulatiuā. vt pariſius et rome venditur piper. reſoluitur in iſtam pariſius venditur piper et rome vendit̄ piper. Aduerte etiā ꝙ non ſolum copulatum iſtorū predicamentorū facit terminū ſequentem ſupponere confuſe tantum ſed etiam copulatum ex terminis cuiuſcunqꝫ predicamenti vt homo currit et aſinus eſt animal. ibi animal ſupponit confuſe tantum. dummodo ly et capiatur diuiſiue. nam ſi ſtaret complexiue tunc non ſupponeret cōfuſe tantum. ſed magis determinate et eſſet falſa ¶ Alia regla terminus cōmunis communiter tentus ſupponens ſequens nomen adiectiuum numerale vel aduerbium numerale in eadem propoſitione rectus a verbo aparte poſt determinato per tale aduerbium vel nomen numerale ex vi tranſitionis dummodo coniunctio incluſa in iſtis numeralibus capiatur diuiſiue ſupponit confuſe tantum vt bis cantaui miſſam. ter bibi aquam: triplex eſt materia propoſitionum: duplex eſt ſuppoſitio. omnes iſti termini ſupponunt confuſe tantum. puta tam ly miſſam ꝙ ly aquam ꝙ ly materia et ſuppoſitio. Et dicitur notanter ſequens quia ſi precederet nō ſupponeret confuſe tantum. Dicitur etiam rectus q: ſi non regeretur a tali verbo mediante tali aduerbio vel adiectiuo non ſupponeret confuſe tantum: vt ſortes qui bis bibit vinū eſt animal ibi ly animal non ſupponit confuſe tantum ſed determinate. Dicitur notanter ex vi tranſitionis. quia ſi non regeretur ex vi tranſitiōis: tūc non ſupponeret ꝯfuſe tm̄. vt bis cantaui miſſaꝫ gr̄a dei. ibi ly gratia nō ſupponit ꝯfuſe tm̄ ſꝫ determinate. Dr̄ notanter dū modo talis dictio in

cludat cõiunctionem q̃ teneat̃ diuiſiue: q2 ſi tene-
retur cõplexe nõ oporteret ꝙ ſupponeret etiã
ↄfuſe tantũ ⁊ ratio huiꝰ regule eſt: q2 tales pro
poſitiones equiualent vni ypothetice copulatiue
cõpoſite ex duabus cathegoricis q̃ nõ poſſunt
verificari ꝑ vna ⁊ eadem re. Alia regula omis
terminꝰ equalens orationi compoſite ex ſigno
vniuerſali affirmatiuo ⁊ termĩo cõi facit termi
num ſequẽtem ſupponere cõfuſe tantũ vt vbi-
ꝗ ſemꝑ infinitũ eternũ. vt ſemꝑ fuit homo ibi
homo ſupponit ↄfuſe tantũ ab eterno fuit mũ-
dus ibi mundus ſupponit cõfuſe tantum.

Sciẽdũ eſt tertio ꝙ alia regula ta
lis eſt. terminꝰ cõiter tentus ſequẽs obligo: vł
eius participiũ rectus ab ipſo ſupponit ↄfuſe
tantum vt ego ſum obligatus in aliqua hora di
cere miſſam: ibi hora ſupponit cõfuſe tantum.
Alia regula q̃n paria ſigna diſtributiua ferunt̃
ſuꝑ terminum cõiter tentum quoꝝ quodlibet
ipm̃ diſtribueret remoto reliquo id eſt depoſi-
to reliquo talis ſupponit confuſe tantũ vel de
termiãte. Et dicitur notanter quãdo ſigna ſũt
paria: quia ſi eſſent imparia: tunc nõ oporteret
vt nõ nullus homo nõ eſt animal: ibi aĩal diſtri
buitur: dr̃ notanter diſtributiua: q2 de alijs non
opꝫ. dicit̃ notãter dũ modo ferant̃ ſuꝑ primũ
terminum q2 ſi nõ ferant̃ tũc nõ oportet vt oĩs
homo eſt om̃e aĩal ibi aĩal diſtribuit̃. Dicit̃ no-
tanter cõmuniter tentum ⁊ ſupponentẽ: q2 ſi
nõ teneat̃ cõiter ⁊ nõ ſupponeret tũc nõ opor-
teret. Et aduerte ꝙ ſi talia ſigna ſint in ꝓpoſi
tione particulari indefinita vel ſingularia tunc
ſi pluribus termĩs ſupra quẽ ferunt̃ illa duo
ſigna ſupponit determiãte: vt ſortes nõ eſt oĩs
homo ly homo ſupponit determiãte. ſed ſi ſint
in ꝓpoſitione vli tunc ſupponit cõfuſe tantũ
vt nullus homo eſt om̃e animal ibi ly aĩal ſup-
ponit confuſe tantũ. Debet etiã regula intelli-
gi dũ modo alterũ ſignoꝝ ſit ſignũ reſtrictiõis
et diſtributionis: q2 tunc nõ oportet. vt nullum
aĩal videns omnẽ hoĩem currit: ly hoĩem diſtri
buitur: q2 ly oẽm eſt ſignum diſtributionis ⁊ re
ſtrictionis ſimul. Circa hoc queritur de hoc ſo-
phiſmate pariſius ⁊ rome vẽditur piper. ꝓba-
tur: q2 exponẽtes eius ſunt vere ſcꝫ iſte pariſiꝰ
vẽdit̃ piper: ⁊ rome vẽditur piper: ergo ſophiſ
ma eſt veruꝫ. ¶ In oppoſitũ arguit̃: q2 iſta eſt
vera nullũ piper vẽditur pariſius ⁊ rome: ergo
ſophiſma falſum: patet ↄña: ꝑ legem contradi
ctoriaꝝ. Item ↄuertẽs ſophiſmatis eſt falſa: ḡ
et ipm̃ ſophiſma: añs patet: q2 ↄuertens eſt ip
ſa piper vẽditur pariſius ⁊ rome. Reſpondet̃
ꝙ ſophiſma eſt verũ ⁊ ly piper ſupponit confu
ſe tantũ: vt viſum eſt in regulis ſuppoſitionuꝫ
¶ Ad rõnes. Ad primã dicit̃ ꝙ illa nõ eſt ſua
cõtradictoria ſed iſta pariſius ⁊ rome nõ vendi
tur piper. Et dicunt aliqui ꝙ ly piper nõ diſtri
buit̃: q2 negatio impeditur per illud copulatũ
et vniformiter dicunt de oĩbus terminis reſpe
ctu ſignorum ſpãlium cõfuſiuorum. ſed iſti de
ſtruũt duas regulas logicales. Prima ꝙ termi

nus diſtribuibilis ſequẽs negationẽ diſtribuit̃
nec videtur impediri per illud copulatuꝫ neꝗ
ꝑ alia ſigna confuſiua cũ talia nõ habeant vim
diſtribuẽdi. ¶ Secũda regula quã deſtruũt ꝙ
terminus diſtribuibilis nõ diſtributus in vna
cõtradictoriarum debet diſtribui in alia niſi ſit
determiatio vnica acceptione accepta. ideo ali
ter dicit̃ ꝙ ly piper diſtribuit̃ diſtributione in-
cõpleta de qua ſuperius viſum eſt. Ad ſcðam
dicit̃ ꝙ illa non eſt ſua ↄuertens: ſed iſta piper
vendit̃ pariſius vel rome: q2 terminus impor-
tans multitudinẽ copulatiue in cõuerſa ꝓpoſi
tione debet in cõuertente dicere illã multitudi
nem diſiunctiue.

Arguitur ſic primo ſubiectum hu
ius propoſitionis ſortes vel chimera currit ſup
ponit ⁊ tamen nõ videtur quomodo ſupponat
nõ diſcrete quia ſubiectum tenetur cõmuniter
nec cõmuniter quia ſubiectum ſupponit pro
vno ſolo ſcilicet pro ſorte. ¶ Scðo ſic: ſubiectũ
propoſitionis indefinite debet ſupponere dter
minate. ſed excluſiua affirmatiua de termino
cõi cõmuniter tento eſt indefinita: igit̃. ¶ Ter
tio ſic. iſta eſt incõgrua homo ⁊ aſinus eſt aĩal
ergo animal nõ ſupponit confuſe tantum: ante
cedens patet: q2 duo ſingularia cõiuncta ꝑ con
iunctionem copulatiuã equalent vni plurali.

Ad primũ dicitur ponendo talem
regulam. omne diſiunctũ cuius partes precife
nõ accipiuntur pro eodem ſingulari ſupponit
cõmuniter vt ſortes vel petrus currit. ſortes vł
chimera cantat ⁊c. Et dicitur notanter cuiꝰ par
tes nõ accipiuntur pro eodem ſingulari: quia
tunc nõ ſupponeret cõmuniter ſed diſcrete vt
ſortes vel homo albus currit: demonſtrãdo ip
ſum met ſortem. ſed copulatum ex terminis ſin
gularibus ſemper ſupponit diſcrete vt ſortes ⁊
plato currunt ſed copulatum ex termino ſingu
lari ⁊ termino cõmuni ſupponit cõmuniter vt
ſortes ⁊ homo currunt ibi ſupponit cõmuniter
pro ſorte ⁊ platone: ⁊ etiam pro ſorte ⁊ cicerone
⁊c. ⁊ per hoc patet ſolutio ad rationem cum ar-
guebatur ſubiectum ſupponit pro vno ſolo. di-
citur ꝙ verum eſt. ergo ſupponit diſcrete. nega
tur conſequentia. quia ex modo ſue impoſitio-
nis vel modi ſignificandi nõ repugnat ſibi ſup-
ponere pro pluribus. ¶ Ad ſecundum dicitur
ꝙ iſta eſt falſa omne ſubiectum propoſitionis
indefinite ſupponit determinate. nam iſta eſt
indefinita omnem equum videt homo: ⁊ tamẽ
ſubiectum non ſupponit determinate ſed confu
ſe tantum etiam excluſiua affirmatiua eſt inde-
finita. ⁊ tamen ſubiectum non ſupponit deter-
minate ſed confuſe tantum vt viſum eſt. ¶ Di
citur ad tertium negando ꝙ dicta locutio ſit in
congrua: ⁊ hoc capiẽdo ly ⁊ diuiſiue. ⁊ ad dictũ
commune ꝙ duo ſingularia coniuncta ꝑ iſtam
coniunctionem ⁊ equiualent plurali: verũ eſt ſi
ly ⁊ capiatur cõplexiue ⁊ nõ ſi capiat̃ diuiſiue.
¶ Sequitur tractatus relatiuorum.

De h ſo-
phiſmate. pariſi
us et ro-
me vendi
tur pip.

Elatiuum est duplex: vno
modo relatiuū est cuiꝰ eē
est aliō quodāmodo se ha-
bere ⁊ sic relatiuū est vnū
de decem p̄dicamētis. Aliud est re-
latiuū quod est ante late rei recorda
tiuum: qꝛ vt vult priscianꝰ in maiori
suo volumīe. Relatio est ante late rei
recordatio vt sortes currit q̄ mouet᷑
ibi hoc relatiuū q̄ facit recordatiōez
siue relationē de sorte q̄ est res ante
lata. Omissis aūt relatiuis ꝑm ꝓprius
modum de relatiuis: sꝫ hō mō h̄ intē-
dimꝰ. Relatiuoꝝ aūt q̄dam sunt rela
tiua subē vt q̄ ille ⁊ similia. Quedaꝫ
vero sunt relatiua accñtis vt talis q̄
lis tātus q̄tus. Relatiuū aūt subē ē
quod refert eandē reꝫ in nūero cum
suo antecedēte. vt q̄ ille. Item relati-
uorum subē q̄dam sūt relatiā diuersi
tatis vt alius. Et est illō qō refert eā
dem rem in nūero ⁊ supponit ꝓ alio
vt sortes currit ⁊ alius disputat. q̄dā
vero identitatis vt q̄ ille idem. Rela
tiuum aūt subē identitatis est qō re-
fert ⁊ supponit ꝓ eodeꝫ in numero ꝓ
quo supponit suuꝫ aūs: vt sortes cur
rit q̄ disputat: ibi hoc relatiuum q̄ re
fert sortē ⁊ supponit ꝓ sorte. Relati-
uoꝝ subē idētitatis q̄dam sunt noīa
vt q̄s q̄dam: q̄dam sunt ꝓnoīa vt ille
idem. Itē relatiuoꝝ ꝓnoīm idētitatꝭ
q̄daꝫ sunt reciproca vt sui sibi se cuꝫ
suo possessiuo: vt suꝰ sua suū. alia nō
reciproca vt ille idem. Relatiuū aūt
reciprocū dr̄ nō ꝙ sit patiens: sed q̄a
ponit modū patiētis supra substan-
tiam agentē: qꝛ aliō est patiēs ⁊ aliō
est modus patiētis qō patꝫ ꝑ hoc ꝙ
ntūs pōt esse patiēs vt sortes ꝑcuti
tur sed nō pōt habere modū patien-
tis: vnde modꝰ patiētis semꝑ est in
obliqs: ⁊ sic pꝫ ꝙ aliud est patiēs et
aliud modus patientis. Si q̄rat᷑ q̄d
addatur supra patiens ꝑ relatiuum
reciprocū. Dicendū est ꝙ addit iden
titatem subē ⁊ ponit eam sub mō pa
tiētꝭ. vt sortes iubet se. ibi suba q̄ pri
us erat agēs ponit᷑ sub mō patiētis
vt in hoc ꝓnoīe se. vn̄ reciprocū pōt
sic diffiniri. Reciprocū est qō signifi
cat subam agentē sub mō patientis
vel sic reciprocū est idē quod sui ip-
sius passiuū. ⁊ ideo hoc relatiuuꝫ sui
significat ꝑ modū patiētis in quē dr̄
trāsire actus verbi. noīatiuꝰ autē si-
gnificat ꝑ modū agentis. Iteꝫ si que
ratur q̄re hoc ꝓnomē sui sibi se caret
ntio. Dicendū est ꝙ solutio pꝫ ex pre
missis: qꝛ agēs nō pōt significare pa
tiēs siue sub mō patiētis nisi in obli
q̄s: sed ntūs dicit modū agētis: ⁊ iō
natura noīatiui repugnat nature hu
ius ꝓnoīs sui. ⁊ iō nō pōt habere no
miatiuū. Ex p̄dictis pꝫ ꝙ relatiā idē
titatis referūt eandē reꝫ sub eodem
aūte ⁊ semꝑ supponūt ꝓ eadeꝫ re in
nūero. Et ex hoc pꝫ ꝙ maior est cer-
titudo ꝑ relatiui idētitatis q̄ ꝑ suuꝫ
aūs loco relatiui positū. vt hō currit
hō disputat: qꝛ dubiū est vtrū de eo-
deꝫ hoīe dicat᷑. Sed cū dr̄ hō currit et
idē disputat certū est ꝙ de eodē ho-
mīe dicat᷑: hoc eniꝫ pꝫ ꝑ priscianū di-
centem in maiori suo volumīe: ꝙ cuꝫ
dicitur. Aiax venit ad troiaꝫ ⁊ aiax
fortiter pugnauit. dubiū est an de eo
dem aiace dicat᷑. an de diuersis. Sꝫ
cum dr̄ aiax venit ad troiam ⁊ idem
fortiter pugnauit: de eodeꝫ aiace in
nūero statim intelligit᷑. Et sic pꝫ ꝙ
maior est certitudo ꝑ relatiuū idēti-
tatis q̄ ꝑ suū aūs loco talis relatiui
positum. Solet aūt dubitari circa re
latiā idētitatis. vtrū deceptio facta
ex diuersa relatione fiat ꝑm equoca-
tionem vel ꝑm amphiboliam vel ꝑm
aliquā aliā fallaciā vt dicendo hō vi
det asinum q̄ est rōnalis ibi hoc rela-
tiuum q̄ pōt referri ad hūc terīm qui
est hō vel ad terīm q̄ est asinus: et sic
sūt ibi diuerse relationes ⁊ ergo ꝑm

aliquos ſolet ibi cõuenienter aſſigna
ri equiuocatio. Sed cõtrariũ arguit᷑
hoc nomẽ qui ſm q᷑ eſt relatiuũ ſigni
ficat rem vnã equalr̃ ſe habentẽ ad il
lud quod ſignificat᷑ per modũ ſubſtã
tie vt color qui eſt in corpe locus qui
cõtinet rem locatã et ſic de alijs. g̊ de
ceptio facta ex diuerſa relatõe nõ fa
cit equiuocationẽ. Itẽ hoc nomẽ q̇ ſ3
q᷑ eſt nomen ſignificat ſubſtantiã in
finitã. ſed iſta ſubſtãtia infinita apta
eſt finitari tam p̲ vnũ añs q̃ per aliud
g̊ cũ illa ſubſtantia infinite ſumpta i
ſic ſit vna et p̲t referre quodlibet añs
ergo ſignificatio hui⁹ relatiui erit v
na. q̃re ſequitur q᷑ ibi non erit equiuo
catio. Itẽ ratio cuiuſlibet relatiui ſm
q᷑ relatiuũ eſt tm̃ vna. hec ſc3 res an
te lata vel rei añ late recordatiuũ. g̊ oẽ
relatiuũ ſm q᷑ relatiuũ pticipat vnu3
nomẽ et vnã rõnem. g̊ relatiuũ eſt vni
uocũ: inq̃tũ eſt ante late rei recordati
uũ. ergo pticularia relatiua vt q̇ ille ⁊
alius inq̃tu3 ſunt relatiua ſuoꝝ añce
dentiũ nõ ſunt equiuoca. Si aliq̇s ob
ijciat q᷑ hoc relatiuũ qui alteri⁹ eſt rõ
nis ſm q᷑ tenetur in hoc añte hõ et al
teri⁹ ſm q᷑ tenet᷑ in hoc añte aſin⁹ vt i
predicta oratione. ergo eſt cõe ⁊ hab3
rationes diuerſas ergo ẽ equiuocum
Dicendũ q᷑ h̃ argumẽtũ nõ valet. Nã
ſimilr̃ poſſet p̲bari q᷑ quodlib3 vniuo
cum eſſet equocũ: vt aĩal eſſet equocũ
ſm q̃ ẽ hõ: vel ſm q᷑ ẽ in hoĩe et aliã h3
rõnem ſm q᷑ eſt equus vel ſm q᷑ eſt in
equo. ⁊ ſic hoc nomẽ aĩal aliã hab3 ra
tionẽ hic ⁊ ibi. et eſt cõe nõ tm̃ equiuo
cum ſed vniuocũ. Soluendũ eſt breui
ter q᷑ ſicut vniuoca dicunt᷑ habere eã
dem rõne3: nõ ſm ſe ſ3 in vniuoco vni
uocãte: vt hõ bos equus: et ſimilia in
aĩali. Similr̃ oĩa relatiua dicunt᷑ hr̃e
rõnẽ eandẽ nõ ſm ſe: ſ3 i referẽte ſiue
in relatiõe ⁊ etiã hñt idẽ nomẽ. iõ vni
uocant᷑ in eo ſ3 ille obijciebat d̃ ratio
nib⁹ relatiuoꝝ ſm ſe. Cũ p̲dictas ob
iectões ab iſta ↄcedim⁹ ⁊ iõ ↄcedim⁹
q᷑ deceptio facta ex diuerſa relatiõe
Sciendū eſt ſecundo ꝙ cōſequēter videndū eſt de ſuppoſitiōe terminoꝝ ꝓpoſitionum excluſiuarū: ⁊ ponunt̄ aliq̄ue regule. Pria cuiuſlibet ꝓpōnis excluſiue exponibil' gr̄a alietatis in qua dictio excluſiua nō negat̄ ſubꝫ ſupponit cōfuſe tantū dūmō ſit terminus coīter tētus et ꝙ nō addatur ſignū vl'e: vt tm̄ aīal eſt hō ly animal ſupponit ꝯfuſe tantū. Et dicit̄ notanter termin⁹ communiter tentus quia alias non oporteret illū terminū ſupponere cōfuſe tantuꝫ dicitur notanter dūmō nō addatur ſignum vniuerſale quia tunc ſupponeret cōfuſe et diſtributiue vt tantum omnis homo eſt animal ibi aīal ſupponit confuſe et diſtributiue. Dicitur notāter dūmodo dictiōi excluſiue non addatur negatio quia tunc ſupponeret cōfuſe et diſtributiue. vt nō tantū animal eſt homo. Dicitur notanter exponibilis gratia alietatis quia ſi exponeret̄ gratia pluralitatis ſupponeret determinate. et predicatum ꝯfuſe tantum ſub quo licet fieri deſcenſus copulatus vt tantuꝫ quinq̄ ſunt predicabilia. ibi quinq̄ ſupponit determiate et predicatuꝫ cōfuſe tantū. ſed predicatū propoſitionis exponibilis excluſiue gratia alietatis ſupponit confuſe et diſtributiue ſi ſit termī⁹ cōmuniter tent⁹ et dummō nō ſit ipeditus per negationem vel ꝑ aliquod aliud ſignum. vt tantum animal eſt hō ibi homo ſupponit confuſe et diſtributiue. et ꝑ iſtam regulaꝫ faciliter poteſt cognoſci qualiter ſupponant termini ꝓpoſitionū excluſiuarū in q̄bus ponitur negatio. et faciliter etiā poteſt cognoſci q̄titas illarū ꝓpoſitionum. nam ſi ſubiectuꝫ ſupponat confuſe tantum ipſa eſt indefinita vt tantū animal eſt homo. ſi ſupponat cōfuſe et diſtributiue ipſa eſt vniuerſalis. vt tantū omne animal eſt homo vel nō tantum animal ē homo. Sed de conuerſione talium propoſitionuꝫ ponuntur aliq̄ue regule. quarū prima eſt. omis excluſiua affirmatiua ī qua nulla ponitur negatio conuertitur in vniuerſalem affirmatiuaꝫ de terminis tranſpoſitis remota dictione excluſiua. bene enim ſequitur tantū animal eſt homo. ergo omnis hō eſt animal. Et aduerte ꝙ ibi proprie nō eſt cōuerſio ſed magis dꝫ dici cōſecutio vnius ꝓpoſitionis ad aliā. nam pria eſt indefinita que nō cōuertitur in vl'em ſed ſi ꝓprie deberet ꝯuerti ſic conuerteret̄ tantū aīal eſt hō. g̊ hō eſt aīal ꝑ ꝯuerſionē ſimplicē. Secūda regula ꝓpoſitio negatiua excluſiua in qua dictio excluſiua nō negatur ꝯuertitur in vl'em affirmatiuam de terminis tranſpoſitis cui⁹ ſubiectum eſt terminus infinitatus vt bene ſequit̄ tantū ſubſtātia nō eſt accidēs. g̊ oīne nō accidens ē ſubſtātia. Tertia regl'a ꝓpoſitio excluſiua cui negatio additur ſigno excluſiuo tantuꝫ ꝯuertitur in particularēꝫ negatiuā mutando terminos finitos in terminos infinitos. vt non tantū aīal eſt homo ꝯuertitur in iſtā nō homo nō eſt nō aīal. Quarta regula ꝓpō excluſiua in q̄ ponunt̄ due negationes ꝯuertit̄ in excluſiuā in q̄ ponunt̄ due negatiōes. vt iſta nō tm̄ aſin⁹ nō eſt lapis ꝯuertit̄ in iſtā: g̊ nō tm̄ lapis nō eſt aſinus. et vide quō oēs iſte ꝯuerſiones magis dicunt̄ ꝯſecutiones illarū ꝓpōnum ꝙ̄ ꝓprie conuerſiones niſi capiēdo ꝯuerſionē large. Sed pro ꝯn̄tijs que fiunt in iſtis excluſiuis ponunt̄ aliq̄ regule. Prima ab excluſiua ad ei⁹ totalē exponentē eſt bona ꝯn̄a et etiā ecōtra. vt bn̄ ſequit̄ tm̄ aīal eſt homo. g̊ animal eſt hō. ⁊ nulla res que nō eſt aīal eſt hō et etiā ecōtra. Aduerte tn̄ ꝙ quando dictio excluſiua nō negat̄. tūc a b excluſiua ad quālibet partē ei⁹ exponētē ſeorſum eſt bona ꝯn̄a. ſꝫ nō ecōtra vt bn̄ ſequit̄ tm̄ aīal eſt hō. g̊ aīal eſt hō Sꝫ qn̄ dictio excluſiua negat̄ tūc non valet ꝯn̄a ad quālibet ptē exponenteꝫ ſeorſum vt nō ſeq̄t nō tm̄ aīal ē hō. g̊ nullū aīal eſt hō licet bn̄ econtra valeat. vt bene ſequit̄ nullū aīal eſt homo: g̊ nō tm̄ aīal eſt hō. Scd̄a regula ab excluſiua affirmatiua exponibili gr̄a alietatis ad ſuā vl'em affirmatiuā de terīs trāſpoſitis et ceteris paribus manētib⁹ eſt bona ꝯn̄a. vt bn̄ ſequit̄ tantū aīal ē hō. g̊ oīs hō eſt aīal. Simil'r ecōuerſo bene ſequit̄ oīs hō eſt aīal. g̊ tm̄ aīal ē hō. ⁊ debet intelligi regula dūmō totale ſubm illi⁹ vl'is diſtribuatur etiā diſtributione ꝯpleta ⁊ ꝑfecta: qꝛ ſi totale ſubm nō diſtribueret̄ nō oporteret cōſequentiā valere: vt nō ſequit̄. tm̄ currens ē aſinus hoīs g̊ cuiuſlibꝫ hoīs eſt aſin⁹ currēs neq̄ ecōtra. Dicit̄ etiā ſi ſubꝫ diſtribuat̄ diſtributione cōpleta ⁊ ꝑfecta qꝛ al'r non oporteret ꝯn̄am valere vt nō ſequit̄ oīs eſſentia diuina ē pater g̊ tm̄ pater eſt eſſentia diuina. niſi ly eſſentia diuina diſtribueret̄ diſtributiōe ꝯpleta ⁊ perfecta in qua fit deſcenſus tā in terminis ꝙ̄ extra terminū. tā in nūero ꝙ̄ extra numerū. d̄ qua alias viſum eſt. Dicit̄ notāter exponibilis gr̄a alietatis. qꝛ ſi exponeret̄ gr̄a pluralitatis nō oporteret ꝯn̄am valere vt nō ſequitur. tantū duodeci ſunt ap'li dei. g̊ oēs apoſtoli dei ſunt duodecim capiēdo oēs diſtributiue: qꝛ ſi caperet̄ collectiue eſſet bona ꝯn̄a. ſꝫ nō virtute illius regule. debꝫ etiam intelligi regula dūmō nō varietur aliq̄ proprietas logicalis quia ſi varietur nō oporteret cōſequētiā valere. vt nō ſequitur tantuꝫ

animal fuit album. ergo omne album fuit aīal cū ibi arguatur a minus amplo ad magis amplū cū diſtributiōe magis ampli.

Sciendum eſt tertio ꝙ pro maiori declaratiōe ponunt̄ alique regule. Prima quādo dictio excluſiua additur termīo copulato vl̄ diſiuncto tūc eſt multiplex excluſio eo ꝙ poteſt fieri excluſio circa totū terminū vel circa vnam partē eius .i. poteſt denotari ꝙ predicatū remoueatur ab omni illo de quo nō poteſt verificari totū diſiunctū vel copulatū vel denotat̄ predicatum remoueri ab illo quod nō dicitur vna pars copulati vel diſiuncti ⁊ ſm hoc ſoluitur iſtud ſophiſma tantū verū ⁊ falſum opponunt̄ quod pt̄ ſic probari. tantū verū opponitur falſo: ğ tantū verum ⁊ falſum opponunt̄. ꝯſequentia tenet: qꝛ iſte due cōuertuntur verū opponitur falſo. ğ tantum verū et falſum opponuntur. ergo addita dictione excluſiua ambabus adhuc cōuertuntur. In oppoſitū arguitur: qꝛ bonū ⁊ malū opponuntur: ergo ad ſophiſma reſpōdet̄ ꝑ diſtinctionē quia poteſt fieri excluſio circa totum copulatū vel circa partē eius. ſi fiat circa totū copulatū ſophiſma eſt falſum et ſignificat ꝙ tantū verū ⁊ falſum ſunt oppoſita. ſi autē fiat excluſio circa pmā partē eius tunc ſophiſma eſt verū ⁊ eſt ſenſus tātū verū eſt aliquid quod opponit̄ falſo. Etiā poſſet ſolui iſtud ſophiſma tantū ſortes vel plato eſt albus poſito ꝙ ſolus plato ſit albus: ſi enī fiat excluſio circa totū ſubiectū diſiunctum ſophiſma eſt verū. et exponitur ſic. ſortes vl̄ plato eſt albus. ⁊ nulla res que nō eſt ſortes vel plato eſt alba. Si autē fiat excluſio circa primā partē diſiuncti tunc ſophiſma eſt falſum. ⁊ tunc ſic exponitur ſortes eſt aliquid quod vel plato eſt albus. ⁊ nulla res que nō eſt ſortes eſt aliqd quod vel plato eſt albū. ¶ Secūda regula quādo due determinatiōes ponunt̄ in eadē oratiōe: oratio eſt multiplex: eo ꝙ pōt indicari per vnam vel aliā ſicut hec eſt diſtinguēda ſola neceſſaria neceſſario ſunt vera et nulla alia a neceſſarijs neceſſario ſunt vera. ſi autē ſit modalis tunc eſt falſa et ſignificat ꝙ hec eſt neceſſaria tantū neceſſaria ſunt vera quod falſum eſt: qꝛ cōtingentia etiā ſunt vera. ſꝫ ſi ſit excluſiua ipſa eſt vera: qꝛ ſignificat ꝙ neceſſaria neceſſario ſūt vera ⁊ nulla alia a neceſſarijs neceſſario ſunt vera. Similiter de iſta ad ſolū ſortē currere ſequit̄ hominē currere. ſi ſit excluſiua eſt falſa. ſi conditionalis eſt vera. ¶ Tertia regula quotiēſcunqꝫ in eadē oratiōe ponuntur due dictiōes excluſiue oratio eſt multiplex eo ꝙ pōt exponi per vnā vel per aliā. vt iſta ſolū genitiuū pcedit ſol⁹ noīatiuus eo ꝙ pōt exponi ꝑ ly ſolū poſitū in obliquo. et tunc eſt ſenſus genitiuū ſol⁹ pcedit noīatiu⁹ et nullā rē q̄ nō eſt genitiu⁹ pcedit ſol⁹ noīatiuus ſi autē exponat̄ ꝑ ly ſol⁹. ſic exponit̄. noīatiu⁹ ſolus pcedit genitiuū. ⁊ nulla res que nō eſt noīatiu⁹ caſus pcedit ſolū genitiuū. mō pma exponentiū eſt falſa: igit̄. Per hoc pōt ſolui hoc ſophiſma ſolis trib⁹ ſola duo ſunt pauciora, pbat̄ ſic trib⁹ ſola duo ſunt pauciora et nullus alijs a trib⁹ ſola duo ſūt pauciora. Improbat̄ ſic. ſolis trib⁹ ſola duo ſunt pauciora. ğ ſolis tribus duo ſunt pauciora. cōſequens eſt falſum. ꝯña tenet ab excluſiua ad ſuam preiacentē. falſitas conſequētis patet quia nō ſolum trib⁹ duo ſunt pauciora ſed etiā alijs tribus puta a quattuor. Reſpondet̄ diſtinguēdo quia vel exponitur ſm primam excluſionē. ⁊ ſic eſt verū vel ſm ſecundam et ſic eſt falſum. Poſſet etiā ſolui tale ſophiſma poſſibile eſt ſortem videre tm̄ omnē hominē nō videntē ſe. poſito caſu ꝙ tantū ſint tres homines non videntes ſe ⁊ ꝙ ſortes videat tantū illos tres. Breuiter dicit̄ ad ſophiſma ꝙ eſt ſimpliciter impoſſibile includēs duo ꝯtradictoria ſꝫ iſta ſortes videt ſe ⁊ ſortes nō videt ſe. vt pꝫ exponēdo. Aduerte finalr̄ ꝙ ſicut eſt aliqua excluſiua de ſubo excluſo. ſic etiā de copula excluſa vt hō tantū eſt animal et eſt ſenſus homo eſt animal ⁊ hō nō eſt nō animal.

Arguitur ſic pmo dictio excluſiua includit negationē ergo ſubiectū excluſiue non ſupponit cōfuſe tantū: ſed confuſe ⁊ diſtributiue ¶ Secundo ſubiectū excluſiue debꝫ ſupponere ſicut in exponentib⁹: ſed in exponentib⁹ non ſupponit cōfuſe tantū: igit̄. ¶ Tertio ꝯuerſiones que fiunt in excluſiuis nō videntur fieri ſm aliquā regulā conuerſionū: igitur.

Ad primū dicit̄ ꝙ ſignū excluſiuū nō includit negationē ſed eſt ſignū ſpeciale habēs vim oppoſitā ſigno vl̄i affirmatiuo. ¶ Ad ſcōm negat̄ ꝯña. qꝛ nō oꝫ ꝙ terī ſupponāt eodē mō in exponētib⁹ ſicut in expoſita cū tales nō equiualeāt in ſignificādo. ſꝫ ſolū in veritate et in cōſequendo. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ proprie tales conuerſiones debent magis dici conſequentie ſeu conſecutiones propoſitionum ꝙ proprie conuerſiones.

Tertius.


Sequitur de dictionibus exceptiuis. Dicunt̄ autē dictiōes exceptiue que ſignificāt exceptionē alicui⁹ cōtenti ſub aliquo diſtributo cuiōi ſūt pter pterꝙ. ⁊ ſic de alijs de quib⁹ tales dātur rl̄e. Pria ē ꝙ oīs exceptio fit a toto in q̄titate ſeu a terio ſūpto ſub ſigno vl̄i. Eſt autē totū in q̄titate terin⁹ coīter ſūpt⁹ cū ſigno vl̄i vt oīs hō pter ſortē currit. Scda rl̄a ē ꝙ dictio exceptīa non īpedita facit terīm coēꝫ ſup quē cadit īmediate ſupponere ſimplr̄: vt oē aīal pt̄ hoīeꝫ eſt irratōnale: ibi hoīem ſupponit ſimplicit̄. Tertia rl̄a eſt ꝙ vl̄is affirmatīa exceptiua exponit̄ copulatiue ꝑ treſcathegoricas exponētes q̄ꝝ pria affirat ꝑ

dicatum de ſubiecto ſumpto cū aliud ab. ſcḋa affirmat pꝛedicatū de termo excepto. tertia eſt negatiua in qua pꝛedicatum negatur de termino excepto vt om̄e aīal pꝛeter hoīem eſt irrationale: iſta exponitur ſic, omne animal aliud ab homine eſt irrationale: homo ē aīal ⁊ homo non ē irrationalis. Quarta regula eſt ꝙ vniuerſalis negatiua exceptiua exponitur copulatiue per tres ꝓpōnes in quarū pꝛima pꝛedicatum negatur de ſubiecto ſumpto cum aliud et ab. in ſcḋa affirmatur ſubiectum de termīo excepto. in tertia affirmatur vniuerſaliter pꝛedicatum de termino excepto: vt hic nullū animal pꝛeterꝙ homo eſt riſibile: exponitur ſic: nullum aīal aliud ab homine eſt riſibile: homo eſt animal: et om̄is hō eſt riſibilis. Ex his patet qualiter ſue cōtradictorie ſunt exponēde ⁊ q̄liter valeat ꝯ̄ña in ipis.


Quid eſt ꝓpō exce ptiua.

¶ Sciendū eſt pꝛimo ꝙ poſtꝙ viſum eſt de ꝓpoſitionibꝰ excluſiuis videndū eſt de ꝓpōnibus exceptiuis. vn̄ ꝓpoſitio exceptiua eſt ꝓpoſitio exponibilis ratione ſigni exceptiui. vnde ſigna exceptiua ſunt iſta p̄ter p̄terꝙ niſi: ⁊ differunt inter ſe: quia ly pꝛeter additur actō. ⁊ pōt poni tam in ꝓpōne affirmatiua ꝙ̄ negatiua: ſʒ ly pꝛeterꝙ additur noīatiuo: ⁊ ſimiliter poteſt poni tam in ꝓpōne affirmatiua ꝙ̄ negatiua: ſed ly niſi additur noīatiuo ⁊ nō ponitur cōmuniter niſi in ꝓpōne in qua ponitur negatio. et dicūtur iſta exceptiua quia excipiunt illū terminū cui adduntur a pꝛincipali p̄dicato. ¶ Et aduerte ꝙ hec dictio pꝛeter capitur multipliciter. vno mō negatiue vt idē eſt ꝙ ſine: vt ſortes currit p̄ter platonē. i. ſine platone. alio mō capitur abſtractiue vt octo p̄ter tria ſunt quinq̧. tertio mō capit̄ additiue vt ſoꝛtes ſoluit hoſpiti p̄ter expenſas. i. cū expēſis. quarto mō capit̄ pure exceptiue: ⁊ ſic ꝯſtituit ꝓpōnem exceptiuā et habʒ virtutē diſtribuēdi terīm cōem imediate ſequētē ſupꝛa quā cadit vt viſum eſt in ſuppoſitionibꝰ. Silr̄ niſi pōt teneri dupl̄r. vno mō illatiue. alio mō exceptiue. vn̄ qn̄ tenet̄ illatiue includit iſtam cōiunctionē ſi. ⁊ iſtā negationem nō: ⁊ facit ꝓpōnem cōditionalē: vt niſi homo moueret̄ hō nō curreret: nullus legit pariſiꝰ niſi ſit magiſter: ſenſus eſt ſi nullꝰ hō ſit magiſter: nullus legit pariſiꝰ. Et nota ꝙ dictio exceptiua nō pōt addi ꝓpꝛie alicui termīo niſi illud ad qḋ fit exceptio ſumat̄ cū ſigno vl̄i. Vn̄ ad hoc ꝙ ꝓpoſitio exceptiua ſit ꝓpꝛia: req̄ritur pꝛīo ꝙ illud ad qḋ fit exceptio ſit terminꝰ cōis ſumptus cum ſigno vl̄i: vel ꝙ ſit terminꝰ diſtributꝰ. Ex quo ſequitur ꝙ iſta ꝓpō nō eſt ꝓpꝛia nec vera nec falſa: aliq̄s hō p̄ter ſoꝛtē currit capiēdo ly p̄ter exceptiue: quia illa dictio pꝛeter ex ſuo mō ſignificandi nō pōt addi alicui niſi illud ad qḋ fit exceptio ſit terīus cōis ſumptꝰ cum ſigno vl̄i. Seq̄t̄ ſcḋo ꝙ iſte nō equiualēt nō oīs hō pꝛeter ſoꝛtē currit: ⁊ aliq̄s homo p̄ter ſoꝛtē nō currit: q2 iſta nō eſt vera neq̧ cōgrua. Tertio ſequit̄ ꝙ ly oīs et ly quidā non: nō ſemꝑ faciūt ꝓpōnes equipollere. ſcḋo requirit̄ ꝙ terminꝰ a quo fit exceptio habeat plura ſuppoſita. tertio requirit̄ ꝙ verificetur de termino excepto. ideo iſta nō eſt ꝓpꝛia oīs aſinus p̄ter equum currit. Quarto requirit̄ ꝙ verificet̄ de alio ꝙ̄ de excepto. ideo iſta nō eſt ꝓpꝛia: oīs hō p̄ter rationale currit. Vnde ꝓpoſitionū exceptiuaꝝ quedā ſunt in quibus nulla ponitur negatio: alie ſunt in quibꝰ negatio cadit ſupꝛa ſignū exceptiuū: et tales exponuntur disiūctiue ⁊ alie copulatiue. vn̄ ꝓpōnuʒ exceptiuarū quedā ſunt in quibꝰ nulla ponit̄ negatio: quedā in quibꝰ p̄ponit̄ negatio toti ꝓpoſitiōi. quedā in quibꝰ dictio exceptiua nō negat̄ lʒ ponatur negatio: vt nullus hō p̄ter ſoꝛtē currit: quedam eſt in qua ponūtur due negatiōes quarum vna cadit ſupꝛa ſignum exceptiuum: ⁊ alia non: vt nullus hō p̄ter ſoꝛtē currit. Alie ſunt in quibus negatio imediate ponit̄ ante dictionē exceptiuā: vt om̄e aīal nō p̄ter hoīem currit: quedaʒ in quibꝰ negatio vna p̄ponit̄ toti ꝓpōni. ⁊ alia imediate p̄ponitur ſigno exceptiuo: vt non om̄e aīal nō p̄ter hoīem currit. quedā in quibꝰ ponūtur due negationes: vna imediate ante dictōeʒ exceptiuam: ⁊ alia immediate ante copulam. vt homo non pꝛeter ſoꝛtem non currit: quedam in quibus ponuntur tres negationes. quaruʒ vna pꝛeponitur toti pꝛopoſitioni. ⁊ alia imediate p̄ponitur dictioni exceptiue. ⁊ alia imediate pꝛeponitur copule. vt non omnis homo non pꝛeter ſoꝛtem non currit. ⁊ in qualibet iſtarū pꝛeter copulam ⁊ ſignum vniuerſale ſunt quattuoꝛ ſcilʒ terminus a quo fit exceptio. ⁊ eſt pꝛincipale ſubiectum ⁊ dictio exceptiua ⁊ dictio ſupꝛa quā cadit dictio exceptiua que vocatur dictio excepta. quarto eſt ibi pꝛedicatuʒ pꝛincipale: vt oē aīal pꝛeter ſoꝛteʒ currit. ibi ly animal eſt terminus a quo fit exceptio. ⁊ pꝛeter eſt dictio exceptiua. et ſoꝛtem eſt dictio excepta: ⁊ currit pꝛincipale pꝛedicatum. Et aduerte ꝙ iſte dictiones exceptiue qn̄q̧ faciūt ꝓpōnem exceptiuā: qn̄q̧ ꝓpōneʒ de excepto ſubiecto: qn̄q̧ de excepto p̄dicato: vt ſoꝛtes verberat oēm hoīem p̄ter ſoꝛtem.

Sciendū eſt ſcḋo ꝙ ꝑ expōe ꝓpōnum exceptiuaꝝ ponunt̄ aliq̄ r̄le. Pꝛīa: oīs ꝓpoſitio exceptiua affirmatiua in q̄ nulla ponit̄ negatio expōit̄ ꝑ vnā copulatiuā affirmatiuā cuiꝰ pꝛīa ps ē ꝓpō vl̄is i q̄ pncipale p̄dicatū affirmatur de terīo a quo fit exceptio ſūpto cū ly qḋ nō eſt: ⁊ termīo excepto. In ſcḋa pte affirmat̄ terminus a quo fit exceptio de terīo excepto vl̄iter



ſumpto : ꝛ in tertia ſi ſit termin⁹ cōis predicatū
principale remouetur de termīo excepto vliter
ſumpto. vt om̄e aīal p̄ter hoīem eſt irrationale:
ſic exponit̄ om̄e aīal qđ nō eſt hō eſt, irrationale
et oīs hō eſt aīal: ꝛ nullus hō eſt riſibilis. Et ta=
lis expoſitio pōt ſignificari per iſtam dictionem
amate: ſed cōtradictoria eius dꝫ exponi ꝑ vnaꝫ
diſiunctiuā cōpoſitā ex partib⁹ cōtradicētib⁹: vt
nō omne aīal preter hoīem eſt irrationale: expo
nitur ſic: aliquod aīal qđ nō eſt hō eſt irrationa
le: vel aliq̄s hō nō eſt aīal: vel aliquis hō eſt ir=
rationalis: ꝛ talis expoſitio pōt ſignificari per
iſtaꝫ dictionē comodi. ſed propō exceptiua in q̄
negatio non cadit ſupra ſignū exceptiuum ſed
ſupra copulā principalem exponitur per vnam
copulatiuā affirmatiuā cōpoſitam ex tribus ca=
thegoricis in quaꝫ prima predicatū principale
remouetur de ſubiecto vliter ſumpto cōpoſito
ex termīo a quo fit exceptio et termino excepto
et ly qđ nō eſt. ꝛ in ſcđa affirmat̄ termin⁹ a quo
fit exceptio de termino excepto vliter ſumpto ſi
ſit terminus cōis. ꝛ in tertia affirmatur predica
tum principale de termīo excepto vliter ſūpto
ſi ſit termin⁹ cōis: vt oē aīal p̄ter hoīem non eſt
irrationale. ſic exponit̄. om̄e aīal qđ non eſt hō
nō eſt irrōnale. ꝛ omnis hō eſt aīal: ꝛ oīs homo
eſt irrationalis: ꝛ talis expoſitio poteſt ſignifica
ri per iſtam dictionem peccata. ſed eius ꝯtradi
ctoria debet exponi per vnam diſiunctiuā a ir=
matiuam compoſitam ex partibus contradicē=
tibus partibus copulatiue per quam exponitur
talis prima propoſitio: vt nō omne animal p̄ter
hoīem non eſt rationale: exponitur ſic. aliquod
animal qđ nō eſt homo eſt irrationale: vel aliq̄s
homo non eſt animal: vel aliquis hō eſt irratio=
nalis. ꝛ expoſitio talis poteſt ſignificare ꝑ iſtam
conditionē idolos. Sed om̄is propō exceptiua
negatiua in qua negatio immediate p̄ponit̄ ſu=



gno exceptio.exponit p ꝓpoſitionem diſiūctiuā affir=
matiuā cōpoſitā ex trib⁹ cathegoricis.cui⁹ pri=
ma pars eſt ꝓpoſitio vlis in qua p̄dicatū prin=
cipale negat de termīo a quo fit exceptio ſump
to cū ly quod nō eſt in termīo excepto ⁊ ſecūda
pars eſt ꝓpoſitio pticularis in qua terminus a
quo fit exceptio negat de termīo excepto.⁊ ter=
tia ps eſt pticularis affirmatiua in qua p̄dicatū
p̄ncipale affirmat de termīo excepto. vt omne
aīal nō p̄ter hoīem eſt irrōnale.ſic exponit om
ne aīal qd nō eſt hō nō eſt irrōnale vel aliqs hō
nō eſt aīal vel aliqs hō eſt irrōnalis: ⁊ talis ex=
poſitio ſignificatur per iſtam dictionē meroris
ſed ꝓpoſitio exceptiua ſibi cōtradictoria expo=
nitur p copulā affirmatiuā cōpoſitā ex ptibus
ꝯtradicētibus ptibus diſiūctiue p quā exponit
talis exceptiua. vt nō omne aīal nō p̄ter hoīem
eſt irrōnale.exponit ſic.aliqd aīal qd nō eſt hō
eſt irrōnale.⁊ oīs hō eſt aīal. ⁊ nullus hō eſt ir=
rationalis: ⁊ talis expoſitio ſignificat per iſtā
dictionē vitare.ſed ꝓpoſitio exceptiua affirma
tiua in qua vna negatio īmediate p̄ponitur ſi=
gno exceptiuo ⁊ alia copule exponit p diſiūcti=
uam affirmatiuā cōpoſitā ex tribus cathegori
cis.quarum prima eſt vlis affirmatiua in qua
principale predicatum affirmetur de ſubiecto
cōpoſito ex termīo a quo fit exceptio ⁊ termīo ex
cepto ⁊ ly qd nō eſt.⁊ ſcd̄a eſt pticularis negati
ua in qua termin⁹ a quo fit exceptio negat de
termīo excepto.⁊ tertia ps eſt pticularis negatiua
in qua p̄ncipale p̄dicatū negat de termīo excep=
to vt omne aīal nō p̄ter hoīez nō eſt irrōnale.ſic
exponit omne aīal qd nō eſt hō eſt irrōnale vel
aliqs hō nō eſt aīal vel aliqs homo nō eſt irrō=
nalis.⁊ talis expoſitio ſignificat p iſtā dictiōez
amodo.ſed ei⁹ ꝯdictoria exponit p copulā af=
firmatiuā cōpoſitā ex ptib⁹ ꝯdicētibus illi⁹ diſ
iunctiue.vt nō omne aīal nō p̄ter hoīem non eſt
irrōnale.exponit ſic aliqd aīal qd nō eſt hō nō
eſt irrōnale.⁊ oīs homo eſt aīal.⁊ omnis homo
eſt irrationalis: ⁊ talis expoſitio ſignificat per
iſtam dictionem dogmata.

Sciendū eſt tertio q̄ p maiori de
claratione ponūtur aliq̄ regule quaꝝ prima eſt
Dictio exceptiua nunq̄ negat niſi negatio im

mediate cadat ſupra eā vel ſupra ſignū vl'e: ſō tn̄ iſta. nullus hō ꝑter ſortem currit: ibi dictio exceptiua nō negat̄. lꝫ negatio ꝓcedat eaꝫ. iſta eñ equalet iſti oīs hō ꝑter ſortē nō currit: in q̄ dictio exceptiua nō negat̄: ⁊ ſi q̄ratur cā iſtius regule. Dico ꝙ nō eſt aliud q̄ modꝰ intelligendi in iſta tn̄ ꝓpōne nō nullus hō ꝑter ſortē currit ibi dictio exceptiua negat̄. Ex iſta regula ſeq̄tur ꝙ oīs ꝓpō exceptiua ſiue affirmatiua ſiue negatiua in qua dictio exceptiua negat̄ ꝑ negationem negantē dū mō talis negatio cadat ſupra ſignū. vt nō nullus hō ꝑter ſortē currit ꝑiacens eſt iſta nō nullus hō currit. nō oīs hō preter ſortem currit: ꝑiacēs eſt iſta ꝑticularis non oīs hō currit. vñ ꝓpō ꝑiacens eſt ꝓpō q̄ remanet dēpto ſigno exceptiuo. Ex iſto etiā ſeq̄tur ꝙ nō ſemꝑ ꝓpoſitio exceptiua eſt vl'is. īmo qñꝙ eſt indefinita vel ꝑticularis. Ex iſto etiā pꝫ q̄titas oīm ꝓpōnum exceptiuaꝝ. nam ꝓpoſitiones exceptiue ſunt talis q̄titatis cuiꝰ ſunt p̄iacēs ipaꝝ. Scḋa regula aliq̄ ſunt ꝓpōnes vl'es q̄ ſunt cōtrarie. ⁊ tn̄ nō hñt aliquas ſubcōtrarias q̄ ſunt indefinite vel ꝑticulares ſm totale ſubm: lꝫ bñ habeāt particularē ſm parteꝫ principalē ſubiecti. vt iſte oīs hō preter ſortem currit. nullus hō ꝑter ſortē currit nō hñt aliq̄s indefinitas vel ꝑticulares ſm totale ſubm q̄a eſſent iſte aliq̄s hō preter ſortē currit vel aliq̄s homo ꝑter ſortē nō currit qḋ eſt falſum. nā iſte nō ſunt ꝓpꝛie neq; vere neq; falſe. ſed ꝑticulares iſtaꝝ ſunt iſte aliq̄s hō alius a ſorte currit. vel aliq̄s hō alius a ſorte nō currit. Et ſi q̄s dicat vl'is ⁊ ꝑticularis debēt eſſe eiuſdeꝫ ſubiecti Rñdet̄ ꝙ nō opꝫ ꝙ ſint eiuſdē ſubi totalis. ſed ſufficit ꝙ ſint eiuſdē ſubiecti ſm partem principalē eius ſubiecti. vñ totale ſubiectū huiꝰ ꝓpoſitionis oīs hō ꝑter ſortem currit eſt totum hoc homo ꝑter ſortē. ſed pricipalis ps eſt hō. Et ſic patet ꝙ deſcēdendo ſub termīo diſtributo ꝓpōnis exceptiue nō opꝫ ponere in ſingularibꝰ dictionē exceptiuā: ſed loco eiꝰ poneret̄ alius vel aliud vt deſcendēdo ſub termīo diſtributo huiꝰ ꝓpoſitiōis oīs homo ꝑter ſortē currit ſic deſcēditur: ergo iſte homo aliꝰ a ſorte currit. ¶ Sed circa iſta mouēde ſunt alique pue dubitatiōes Prima quomodo ſupponūt termini in ꝓpoſitione exceptiua. Reſpondet̄ primo ꝙ terminꝰ ſequēs dictionē exceptiuā ſupponit confuſe et diſtributiue. ſi ſit terminus cōiter ſumptꝰ. ſub quo dꝫ fieri deſcēſus ſicut viſū eſt in ſuppōnibꝰ vel vt dicūt aliq̄ nō p̄t fieri deſcēſus ſub eo q̄n ꝑus fiat deſcēſus ſub termīo principali ſubiecti: vt omne aīal preter hoīem currit ſub ly hominem nō debet fieri deſcenſus: niſi prius fiat ſub animali: vt ſic dicendo. ergo hoc animal aliud ab hoc homīe currit: ⁊ hoc animal aliud ab hoc homine currit ſemper demonſtrādo per ly hoc aliud animal ab animali rationali: ſed alij termini ſupponunt ſicut in ſua preiacente ſm exigentiam regularum ſuppoſitionum. Sed pro conuerſione talium propoſitionum exceptiuarum eſt aduertenduꝫ ꝙ nulla exceptiua formaliter conuertitur in aliam exceptiuam non eñ ſequitur omnis homo preter ſortem currit: ergo aliquod currens preter ſortem eſt homo. cū talis conuertens non ſit proprie: ſed ad debite conuertendum oportet mutare dictionem exceptiuam in ly aliud ab: vt omne animal ꝑter hominem eſt irrationale debet ſic conuerti. ergo aliquod irrationale aliud ab homine eſt animal. ſimiliter nullus homo preter ſorteꝫ currit ergo nullum currēs aliud a ſorte eſt homo.

Arguitur ſic primo ad vniuerſalē ſequitur particularis: ergo bene ſequitur omīs homo preter ſortem currit: ergo quidam homo preter ſorteꝫ currit. ¶ Secundo ſic in hac propoſitione nullus homo preter ſortem currit dictio exceptiua negatur: ergo male dictuꝫ eſt ꝙ talis debet exponi copulatiue. antecedens patet: quia negatio precedit dictionem exceptiuam. Tertio ſic: ſi exceptio ſemper fieret a termino ſumpto cum ſigno vniuerſali ſequeretur ꝙ exceptiua non haberet contradictoriam hoc eſt falſum: igitur. conſequentia patet: quia contradictoria vniuerſalis ſemper eſt particularis ergo cum in tali nō poſſit poni exceptio ſequit̄ ꝙ nō poterit eſſe contradictoria alterius.

Ad primum dicitur concedendo antecedens et negando conſequentiam: quia illa que infertur non eſt ſua particularis. ſed eſt iſta quidam homo alius a ſorte currit. Ex quo ſequitur ꝙ particularis alicuius exceptiue non eſt exceptiua nec etiam ſua contradictoria eſt exceptiua ſi ſumatur cum ſigno particulari. ¶ Ad ſecundum patet ſolutio: quia licet negatio precedat dictionem exceptiuam nō tamen cadit ſupra eam. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ exceptiua vniuerſalis nō habet contradictoriā in qua ponitur dictio exceptiua niſi preponat̄ negatio toti propoſitioni. vnde contradictoria huius omnis homo preter ſortem currit eſt aliqua iſtarum aliquis homo alius a ſorte nō currit vel non omnis homo preter ſortem currit: equipollet huic aliquis homo preter ſorteꝫ nō currit: ſed magis iſta aliquis homo alius a ſorte non currit: ⁊ ad regulam equipollentiarum dicitur ꝙ intelligenda eſt ſeruata proprietate ſermonis. ¶ Tertius.

Sequitur de dictionibus reduplicatiuis dicuntur auteꝫ dictiones reduplicatiue que important rationeꝫ ſm quam aliquid alteri attribuitur vt inquātum. ſcḋm ꝙ ea ratione qua et ſic de alijs, de quibus dātur tales regule. Prima eſt ꝙ dictio reduplicatiua preſupponit aliquod predicatum ineſſe alicui ſubiecto et denotat illud ſuper quod cadit immedia

te eſſe cauſam inherētie illius. Scḋa eſt ꝙ dictio reduplicatiua ſemꝑ fertur ad predicatum ⁊ nūꝙ reduplicat ipm. Tertia eſt ꝙ propoſitio reduplicatiua affirmatiua exponitur per quattuor exponentes affirmatiuas quaꝝ prima affirmat predicatū principale de ſubiecto. ſcḋa autē affirmat reduplicatiuum de ſubiecto. tertia vero affirmat predicatū principale de reduplicato. quarta eſt vna cauſalis in cuius antecedente ponitur dictio ſuper quam cadit reduplicatio de aliquo tranſcendente: ⁊ in conſequente predicatū principale affirmat̄ de relatiuo illius trāſcendentis: vt hic hō inꝗtum rōnalis eſt flebilis.i.hō ē flebilis ⁊ hō eſt rōnalis: ⁊ oē rōnale eſt flebile: ⁊ q2 aliquid ē rationale ē flebile. Quarta r̄la eſt ꝙ ꝑpō reduplicatiua in qua ponit̄ negatio poſt dictionē reduplicatiuam exponitur copulatiue ꝑ quattuor exponētes quarum prima negat predicatū de ſubiecto.ſcḋa affirmat reduplicatū de ſubiecto.tertia negat vniuerſalr̄ predicatum principale de reduplicato. quarta eſt vna cauſalis in cuꝰ antecedente affirmat̄ reduplicatio de ſuo tranſcēdente ⁊ in cōſequēte negat̄ ꝑdicatum de relatiuo illius trāſcendentis: vt hic nullus hō inꝗtum rōnalis eſt rudibilis.i.nullꝰ hō eſt rudibilis: oīs homo eſt rationalis ⁊ nullꝰ rationale eſt rubibile. ⁊ quia aliquid eſt rōnale ipſum nō eſt rudibile. Ex quo patꝫ per legē ꝯtradictoriarum qualiter exponende ſunt cōtradictorie iſtarū et qualiter valeat ꝯña in ipſis.

¶ Primo ſciendū eſt ꝙ ꝓpoſitio reduplicatiua eſt ꝓpoſitio exponibilis ratiōe ſigni reduplicatiui.vnde ſigna reduplicatiua ſunt iſta inꝗtum ſm꞉qḋ꞉⁊ ſic de alijs. Unde iſta ſigna poſſunt capi dupliciter. vno mō aduerbialr̄ vt cū dicit̄ fortes currit inꝗtum poteſt et ſic nō faciunt ꝓpoſitionem reduplicatiuā.alio mō tenentur ꝯiūctionaliter ⁊ hoc dupl̄r. vno mō ſpecificatiue quando ſpecificant ⁊ determināt rationē ſub qua ꝑdicatū ineſt ſubiecto vt cū dicit̄ diligo ſortē inꝗtum ſcolaris.ens inꝗtū ens eſt ſubiectꝰ metaphiſice.homo inꝗtū ſpecies predicatur de pluribus differētibꝰ numero. Et aduerte ꝙ aliqui dicūt ꝙ quādo tales dictiones tenent̄ ſic ſpecificatiue nō poſſunt addi niſi termino qui ſequitur verbū vel participiū ſignificans actū aīe.io dicunt ꝙ ibi inꝗtum in iſta ꝓpoſitiōe ens inꝗtum ens eſt ſubiectū metaphiſice de rigore ſermonis nō tenet̄ ſpecificatiue. Alio mō tenentur reduplicatiue et hoc tripl̄r. primo vt faciūt ꝓpoſitionē de ſubō reduplicato. ſcḋo vt faciūt ꝓpōnem de predicato reduplicato.tertio vt faciūt ꝓpoſitionē reduplicatiuā.exēplū primi. vt aliqḋ ꝙ eſt hō inꝗtū ratiōale eſt riſibile. exemplū ſecundi.vt riſibile eſt hō inꝗtum rationale. exemplū tertij vt oīs hō inꝗtū rationalis eſt riſibilis. Et aduerte ꝙ quando faciunt propoſitiones de extremis reduplicatis tunc proprie ſūt partes illorum extremorum. ſed quando faciunt propoſitionem reduplicatiuā tunc proprie nō ſunt partes extremorum. Aduerte etiā ꝙ quādo faciunt propoſitiones reduplicatiuas capiuntur adhuc multis modis.vno modo cōditionaliter ſeu concomitanter ⁊ tunc vltima exponens debet eſſe conditionalis. alio modo capiuntur cauſaliter: ⁊ tunc vltima exponens debꝫ eſſe vna cauſalis.alio modo capiuntur vt denotant immediationem predicati principalis cū termino reduplicato.ita ꝙ tunc denotatur predicatum principale predicari immediate ꝺ termino cui additur ſignum reduplicatiuum. et tunc exponendo talem propoſitionem debet vltra alias ꝓpoſitiones addi vna propoſitio puta iſta et ſunt immediate ſe habentia. alio modo capiuntur vt important conuertibilitatem predicati principalis cum termino reduplicato꞉⁊ tunc iſta eſt falſa꞉ſortes inꝗtum homo eſt animal꞉⁊ tunc debet addi iſta ꝓpoſitio iſta ſūt conuertibilia.⁊ hoc in exponendo tales propoſitiones.alio modo capiuntur vt denotant alietatem rationis predicati principalis a ratione termini reduplicati꞉ ⁊ tunc in exponendo debet addi iſta propoſitio terminus reduplicatus et predicatum principale habent diuerſas rationes. Et illo modo videtur cepiſſe philoſophus in primo priorum vbi dicit ꝙ omnis propoſitio eſt intelligibilis in qua ſignum reduplicatiuum additur predicato reduplicans ipm. et iſto modo iſta eſt falſa homo eſt animal inꝗtum animal. Ex omnibus iſtis patet ꝙ propoſitio in qua ponitur ſignum reduplicatiuꝫ eſt diſtinguenda ſm̄ illas diuerſas acceptiones.


Quid eſt ꝓpoſitio reduplicatiua.

Sciendum eſt ſcḋo ꝙ in qualibꝫ ꝓpoſitione reduplicatiua quattuor incidunt ſcꝫ principale ſubiectum principale ꝑdicatū reduplicatio ⁊ terminus ſupra quē cadit reduplicatio. Et aduerte ꝙ oīs ꝓpō reduplicatiua in q̄ ſi


gnum reduplicatiuum non negatur exponi per
vnā copulatiuā: ſed illa in qua ſignū reduplica-
tiuū negatur dʒ exponi ꝑ vnam diſiunctiuam.
Et pro expōne taliū ponūtur aliq̄ rl̄e. Prīa oīs
ꝓpō reduplicatiua in qua nulla ponitur nega
tio exponitur ꝑ vnā copulatiuā affirmatiuā cō-
poſitā ex tribus cathegoricis et vnā ipotheticā
in quarum prima affirmatur predicatum prin-
cipale de principaliori pte ſubiecti: et in ſecun-
da affirmatur terminus cui preponitur ſignum
reduplicatiuum de principaliori ſubiecto. et in
tertia affirmatur principale predicatum de ter
mino cui additur ſignum reduplicatiuū vl̄iter
accepto. et quarta eſt vna conditionalis in cuiꝰ
prima parte terminus cui preponitur ſignū re-
duplicatiuū affirmatur de ſubiecto trāſcendēte
et in ſecunda parte affirmatur predicatuʒ prin-
cipale de relatiuo identitatis ſubs h̄nte pro ſuo
aūte illud tranſcendēs. et hoc ſi talis propoſitio
exponatur gratia cōcomitantie: ſed ſi exponere
tur gratia cauſalitat̄, quarta ꝓpō deberet eē
vna cauſalis cōpoſitā ex cōſimilibus partibus
cōditionalis. ſʒ reduplicatiua cōtradictoria de-
bet exponi per diſiūctiuaʒ compoſitā ex partibꝰ
cōtradicētibus ptibus talis copulatiue. Exem-
plum primi: vt omnis hō inq̄tum rationalis eſt
riſibilis exponitur ſic. oīs homo eſt riſibilis et
oīs homo eſt rationalis ⁊ oīe rationale eſt riſi
bile. ⁊ ſi aliquid eſt rationale illud eſt riſibile: et
hoc ſi exponatur gratia cōcomitātie. Et ſi expo-
neret̄ gratia cauſe: tunc quarta eſſet iſta. ⁊ quia
aliquid eſt rationale illud eſt riſibile. Et aduer-
te ꝙ ſi ꝓpoſitio reduplicatiua ſit vl̄is: tunc due
prime exponētes erunt vl̄es: ⁊ ſi pticularis par
ticulares. Tertia tn̄ ſemꝑ debʒ eſſe vl̄is: ⁊ quar
ta ſemꝑ eſt vna cōditionalis vel cauſalis: ⁊ talis
expoſitio ſignificat̄ ꝑ iſtā dictioneʒ adamaſci ſi
reduplicatiua ſit vl̄is: ſed ſi ſit pticularis ſigni
ficatur per hanc dictionem viciaſti. Et oppoſite
dictiones debent poni ad exponendum contra-
dictorias. ¶ Scđa regula talis eſt: ꝓpō redu
plicatiua negatiua in qua ſignū reduplicatiuuʒ
non negatur: exponit̄ per vnaʒ copulatiuā affir
matiuam in cuius prima pte predicatum prin-
cipale negatur de ſubiecto principali: ⁊ in ſecun
da parte terminus cui additur ſignum redupli
catiuum affirmatur de ſubiecto principali. et in
tertia negat̄ principale p̄dicatū de termīo redu
plicato vl̄iter accepto. ⁊ quarta eſt vna cōditio-
nalis vel cauſalis in qua terminꝰ reduplicatiuꝰ
affirmatur de termino tranſcendente in prima
parte illius ꝓpōnis: ⁊ in ſcđa pte negat̄ predi
catum principale de relatiuo ſubſtantie illiꝰ trā-
ſcendētis: vt oīs homo inq̄tum rōnalis non eſt
riſibilis: ſic exponit̄: oīs hō nō eſt riſibilis. ⁊ oīs
homo eſt rationalis. ⁊ nullū rōnale eſt riſibile. ⁊
ſi aliquid eſt rationale ipʒ nō eſt riſibile. Et hoc
ſi ſit reduplicatio ꝯcomitantie: vel quia aliquid
eſt rationale ipm̄ non eſt riſibile. ⁊ hoc ſi fiat re
duplicatio gratia cauſe et expoſitio taliū ꝓpoſi
tionum ſignificatur per iſtam dictionem detra-
hendo. Sed cōtradictoria talis ꝓpōnis debʒ
exponi ꝑ vnam diſiunctiuā de ptibus cōtradicē
tibus partibꝰ copulatiue per quas exponitur ta
lis propoſitio. vt non omnis homo inq̄tum rō-
nalis non eſt riſibilis. ⁊ talis expoſitio poteſt ſi-
gnificari per iſtam dictionē ſimonia. ¶ Tertia
regula: propoſitio reduplicatiua negatiua in q̄
vna ſola negatio imediate preponit̄ ſigno redu
plicatiuo exponitur per diſiunctiuā affirmati-
uam ex quattuor ꝓpōnibus cōpoſitā. in quarū
prima p̄dicatū principale negatur de ſubiecto:
et in ſcđa terminus reduplicatꝰ negatur de ſub
iecto: ⁊ in tertia p̄dicatum principale negat̄ de
reduplicato pticulariť ſumpto. ⁊ quarta eſt vna
cōditionalis vel cauſalis negatiua: in cuiꝰ prīa
parte reduplicatū affirmatur de ſubiecto trāſcē
dente. ⁊ in ſcđa parte predicatū principale affir
matur de relatiuo ſubſtantie illius tranſcendē-
tis: vt omnis homo nō inq̄tum rationalis eſt ri
ſibilis: exponitur ſic. oīs homo nō eſt riſibilis vel
omnis homo non eſt rationalis. vel aliquod ra-
tionale non eſt riſibile. vel non ſi aliquod eſt ra-
tionale ipſum eſt riſibile. ⁊ hoc ſi ſit reduplica-
tio gratia cauſe ⁊ expoſitio talis propoſitionis
ſignificatur per iſtam dictionē penthecoſte. Et
contradictoria eius exponitur per vnam copu-
latiuam affirmatiuā cōpoſitam ex partibus cō
tradicentibus partibus illius diſiūctiue. et pōt
ſignificari per iſtam dictionē viciſti. ¶ Quar-
ta regula: omnis propoſitio reduplicatiua affir
matiua in qua ponūtur due negationes vna im
mediate ante ſignum reduplicatiuuʒ: ⁊ alia im-
mediate ante copulam exponitur per diſiuncti-
uam affirmatiuam cōpoſitam ex quattuor pro-
poſitionibꝰ: quarū in prima predicatum princi-
pale affirmatur de ſubiecto principali. ⁊ in ſcđa
terminꝰ reduplicatꝰ negat̄ de ſubiecto principa
li: ⁊ in tertia predicatum principale affirmatur
de termino reduplicato. ⁊ quarta eſt vna condi-
tionalis vel cauſalis negatiua. in cuius prīa pte
reduplicatum affirmatur de ſubiecto tranſcen-
dente. ⁊ in ſcđa parte predicatum principale ne
gatur de relatiuo ſubſtantie illius tranſcenden
tis: vt omnis homo non inq̄tum rationalis nō
eſt riſibilis: exponitur ſic. omnis homo eſt riſibi
lis vel omnis homo non eſt rationalis: vel ali-
quod rationale eſt riſibile vel non: ſi aliquod eſt
rationale ipſum non eſt riſibile vel nō: quia ali-
quod eſt rationale ipſum non eſt riſibile: et ta-
lis expoſitio poteſt ſignificari per iſtam dictio-
nem rareſio: ſed contradictoria eius debet expo
ni per copulatiuam affirmatiuam compoſitam
ex partibus contradicentibus partibus dicte
diſiunctiue: vt iſta non omnis homo non inquā
tum rationalis non eſt riſibilis: ⁊ expoſitio eius
poteſt ſignificari per iſtā dictionem Romipeta.

Sciendũ eſt tertio ꝙ pro maiori
declaratione propoſitionum reduplicatiuarum
ponuntur alique regule. ¶ Prima: rā reduplica
tiua ad ſuam preiacentem eſt bona conſequen-
tia: vt bene ſequitur. nullus hō inq̄tuʒ rōnalis
eſt aſinus: ergo nullus homo eſt aſinus. ꝓbatur

quia ab expoſita ad quālibet exponentiū eſt bo na ꝯñā:⁊ hoc qñ exponitur copulatiue: ſed preiacens reduplicatiue ſemꝑ eſt altera exponentium igitur:⁊ hoc qñ reduplicatio nō negatur: q: ſi negaretur exponeretur diſiūctiue. Ex iſta regula ſequitur ꝙ iſta ꝓpoſitio eſt falſa. logicꝰ in q̃tum logicꝰ nō eſt grāmaticus: etiā iſta nullus pater inq̃tum pater eſt filiꝰ: nullū ſimile inq̃tum ſimile eſt diſſimile. nullū agens inq̃tum agens eſt patiens. Ex iſta regula pōt videri ꝙ multe ꝓpōnes tam in phia ꝙ in theologia cōcedunt̃ q̃ tñ de virtute ſermonis nō ſunt vere: ſed ſolū ad intellectū dicētiū. ſicut tales omnis creatura inq̃tum eſt in mēte diuina eſt vita eterna



et eſt ꝑpetua. Similr̃ talis actus malus inq̃tū malus nō eſt a deo ſed a ſola creatura. ¶ Scđa regula: oīs reduplicatiua ſiue affirmatiua ſiue negatiua in qua dictio reduplicatiua nō negat̃ debet exponi ꝑ vnā diſiunctiuā affirmatiuā: ſed in qua dictio reduplicatiua nō negat̃ debet exponi ꝑ vnā copulatiuā. vnde multe regule poſſent adhuc poni ſ3 qualr̃ arguit̃ in iſtis reduplicatiuis ab inferiori ad ſupius vel ecōtra: ſed quia tales ſunt faciles: ideo omittūtur. Sed de ſuppōe terminorum ꝓpōnum reduplicatiuarū ponitur talis regula: ſubiectū ⁊ predicatū ꝓpōnis reduplicatiue ſupponūt eodē mō ſicut in p̄iacēte: vt in iſta oīs hō inq̃tum rōnalis eſt riſibilis: ſubiectū ⁊ p̄dicatū ſupponunt eodē mō ſicut in iſta oīs hō eſt riſibilis. ſed terminus ſupra quē cadit dictio reduplicatiua ſupponit cōfuſe ⁊ diſtributiue niſi īpediat̃. Dicunt tñ aliqui ꝙ talis terminꝰ reſpectu ſubiecti ſupponit cōfuſe tm̄ ſed reſpectu p̄dicati cōfuſe ⁊ diſtributiue: ſ3 hic nō eſt multū ꝓbabile: q: nō opꝫ terios eodē mō ſupponere in expoſita ſicut in exponentibꝰ cum tales ꝓpōnes non equiualeant in ſignificando. ſed ſolū in inferendo. ¶ Sed ꝓ cōuerſione talium ꝓpōnum ponūtur due pue regule. Quarū prima eſt nulla reduplicatiua ſiue affirmatiua ſiue negatiua ꝯuertit̃ formalr̃ in reduplicatiuā vt iſta oīs hō inq̃tum rōnalis eſt riſibilis nō cōuertitur in iſtā: ẽ riſibile inq̃tum rōnale eſt hō. ¶ Scđa regula: oīs reduplicatiua ſiue affirma



tiua ſiue negatiua cõuertit̃ formalr̃ in vnã non reduplicatiuã capiẽdo ſbm reduplicatiue ꝓ p̄dicato conuertãtis et cãpiendo pro ſubiecto aggregatũ ex predicato ꝓpõis reduplicatiue ⁊ termino reduplicatiuo mediante hoc ꝓnoĩe quod: vel cum hoc toto aliquid quod que propõ pt dici de reduplicato ſubiecto. vt iſta oĩs homo inq̄tum rationalis eſt riſibilis. ergo aliquod quod inq̄tum rationale eſt riſibile eſt homo. Similit̃ iſta nullus homo inquãtum rationalis eſt aſinꝰ. ſic cõuertitur. nihil q̄d inquantuȝ rationale eſt aſinꝰ eſt homo et ꝓportionabiliter dicat̃ de alijs.

Arguitur ſic primo hec nõ eſt reduplicatiua ſortes bibit inq̄tum p̄t ⁊ tñ in ea ponitur dictio reduplicatiua igit̃. ¶ Secũdo ſic. iſte due equipollent. oĩs homo inquantum rationalis nõ eſt aſinus et oĩs homo non eſt aſinus inquãtum eſt rationalis. et tñ in vna reduplicatio negatur et in alia non. ergo negatio reduplicationis nihil facit quo ad affirmationem vel negationeȝ propoſitionis. ¶ Tertio ſic: ſi ad dãduȝ cõtradictoriaȝ ſufficeret ferre negationem ad reduplicationem ſequeretur q̄ iſte due cõtradicerẽt aĩal iquantuȝ eſt homo eſt riſibile. ⁊ aĩal nõ inquantum eſt homo eſt riſibile. ſed hoc eſt falſum q: ambe ſunt ſimul vere.


Ad primum patet ſolutio in primo notabili. Ad ſecunduȝ diſtinguitur iſta oĩs homo non eſt aſinus inq̄tum rationalis eo q̄ hec negatio nõ põt ſolũ negare verbum et hoc modo ille due equipollẽt vel negat verbum ⁊ reduplicationem. ⁊ tũc nõ equipollẽt. ¶ Ad tertiuȝ dicitur q̄ ad hoc q̄ alique propões reduplicatiue cõtradicãt non ſufficit q̄ reduplicatio neget̃ in vna et non in alia. ſȝ cũ hoc requiritur q̄ termini ecõtrario ſupponant in vna et in alia.

Sequitur de incipit ⁊ deſinit pro quorum expoſitione notandum eſt q̄ rerum quedam ſunt quarũ totum eẽ in inſtanti et ſimul acquiritur vt ho- De incipit ⁊ deſinit

mo vel binarius: ſiue ſit mediante ali
qua mutatione ſucceſſiua precedēte:
vt in ꝓductōe naturali ſiue nulla mu-
tatione precedēte vt in creatione an-
geli. Alie vero ſunt quarū eſſe acqui
ritur ſucceſſiue ⁊ ꝑs poſt ꝑtē vt ſūt
res nature ꝑmanētis: vt albū nigrū
quarū denoīatio depēdet a dominio
ſupra cōtrariū ſicut album ⁊ nigrum
et calidū. ⁊ etiā res nature ſucceſſiue
vt motus ⁊ tēpus. ⁊ ſimilr̄ aliquarū
rerum quarum eſſe depditur totū ſi-
mul ⁊ in inſtāti. Aliarū aūt quarū to-
tum eſſe deperditur ſucceſſiue: ⁊ ſm
has dictiones ponūtur quattuor re-
gule. Prima eſt ꝙ propoſitiones de
incipit rerum quarum eſſe totū ſimul
acquiritur exponūtur per vnam co-
pulatiuam: cuius prima pars ē affir
matiua de preſenti: ſcđa negatiua de
preterito. vt homo incipit eſſe. i. ho-
mo nūc ē ⁊ imediate ante non fuit.
Scđa regula ē ꝙ propoſitiōes de in-
cipit rerū quarū eſſe acquiritur ſuc-
ceſſiue exponūtur per vnam copula-
tiuam cuius pria ps ē negatiua de ꝑ
ſenti ⁊ ſcđa affirmatiua de futuro: vt
hic ſortes īcipit eē albꝰ. i. ſortes nūc
nō ē albꝰ ⁊ imediate pꝰ h̄ erit albꝰ. vel
ſic motꝰ īcipit eē. i. motꝰ nūc nō eſt, ⁊
īmediate pꝰ erit. Tertia regula ē ꝙ ꝓ
poſitiones de deſinit rerū quarū eſſe
acquiritur totum ſimul exponuntur
per vnam copulatiuam cuius prima
pars eſt affirmatiua de preſenti. ſe-
cunda: negatiua de futuro. vt ſortes
deſinit eſſe homo. id eſt ſortes eſt ho
mo ⁊ immediate poſt non erit homo.
Quarta regula eſt. ꝙ propoſitiones
de deſinit rerum quarum eſſe deper-
ditur ſucceſſiue exponuntur copula-
tiue per vnam negatiuam de preſen-
ti et aliam affirmatiuā de preterito
vt hic ſortes deſinit eſſe albus. id eſt
ſortes nūc non eſt albus: et immedia
te ante hoc fuit albus. Ex predictis
patet qualiter contradictorie iſtarū
ſunt exponēde et qualiter valeat cō
ſequentia in iſtis.

¶ Sciendū eſt primo ꝙ ꝓpoſitionū de incipit
et de deſinit quedā ſunt in quibꝰ hoc verbū eſſe
ſeu verbū infinitiui modi ſequēs hoc verbū inci
pit vel deſinit manet affirmatū vt ſortes īcipit
eſſe ſortes incipit currere. ſortes deſinit bibere
Et in iſtis ꝓpoſitionibus intelligēda ſunt que
conſequēter dicentur alie vero. ſunt in quibus
hoc verbum eſſe ſeu verbū infinitiui modi nega
tur vt ſortes īcipit nō eſſe. ſortes deſinit nō cur
rere. vnde iſta ſortes incipit non eſſe equiualet
iſti ſortes deſinit eſſe. ⁊ eodē modo debet expo-
niri hoc ſm coīter loquētes. Et aduerte ꝙ pro
expoſitione talium ꝓpoſitionū videndū eſt ꝙ
duplices ſunt res. quedā ſunt ꝑmanētes q̄ ſm
naturam eaꝝ determināt ſibi oēs partes eſſe
ſimul ⁊ adequate pro eodem tempore. vt ho-
mo lapis equus. alie ſūt ſucceſſiue quibus ſm
naturam repugnat habere oēs partes ſimul
pro eodem tempore. vt tempus motus curſus.
Aduerte tamē ꝙ res poteſt dici ſucceſſiua du-
pliciter. vno mō quo ad eſſe vt motus tempus Res ꝗ̄ modis dicitur ſucceſſiua.
cui repugnat ſimul habere omēs ſuas partes.
Alio modo dr̄ ſucceſſiua quo ad ꝓductionem
que ſucceſſiue pōt acquiri ſicut qualitates ſen
ſibiles vt albedo nigredo caliditas frigiditas
que naturaliter ſucceſſiue acq̄runt̄ ⁊ tamen cū
hoc habent oēs ſuas partes ſimul. ⁊ tales pro
poſitiones de rebꝰ ꝑmanētibus ꝓprie debent
exponi ſicut res que non poſſunt habere ſuas
partes. niſi tales res per aliquā potentiam in
inſtanti ꝓducerent̄: quia tunc deberēt exponi
tales ꝓpōes ſicꝫ ꝓpōnes de rebꝰ ꝑmanentibꝰ.

¶ Aduerte vlterius pro expoſitione taliū ꝓ
poſitionum ꝙ quadruplex eſt inſtans ſcꝫ ꝑmū Inſtans eſt q̄druplex.
inſtans eſſe rei. primum iſtans nō eſſe rei. vlti-
mum inſtans eſſe rei. vltimū inſtans nō eſſe rei
Unde primū inſtans eſſe rei eſt inſtans in quo
verum eſt dicere hec res eſt ⁊ immediate ante
hoc nō fuit: ſed primū inſtans nō eſſe rei eſt in-
ſtans in quo verum eſt dicere hec res nūc nō eſt
et ante hoc immediate fuit. ſed vltimū inſtans
eſſe rei eſt illud inſtans in quo verū eſt dicere
hec res eſt ⁊ immediate poſt hoc nō erit: ſed vl
timū inſtans nō eſſe rei eſt illud inſtans in quo
verū eſt dicere hec res nūc nō eſt ⁊ immediate
poſt hoc erit. vnde res permanētes habent duo
inſtantia. ſcꝫ primū inſtans eſſe rei. ⁊ primū in
ſtans nō eſſe rei. ſed res ſucceſſiue etiam habēt
duplex inſtans ſcilicet vltimum inſtans nō eſſe
rei et primum inſtans non eſſe rei. ¶ Aduerte
vlterius ꝙ preter res que dicte ſunt: quedam
ſunt res que ſolum durant per inſtans: cuiuſ-
modi ſunt mutata eſſe in motu ⁊ inſtantia in ip
ſo tempore ⁊ talia etiam habent duo inſtantia
ſcilicet primum inſtans eſſe rei ⁊ vltimum in-
ſtans eſſe rei: licet tamen multi negēt tales res
ſolū durantes ꝑ inſtans. ¶ Seq̄tur figura



Sciendu ꝫ eſt ſecūdo ꝙ pꝛo expoſi-
tione ꝓpoſitionū de incipit et de deſinit ponū-
tur aliq̄ue regule .quaꝝ pꝛima eſt ꝓpō de icipit
in reb⁹ ꝑmanētib⁹ ī q̄ nulla ponit̄ negatio expo-
nitur ꝑ vnā copulatiuā cui⁹ pꝛia ps eſt affirma-
tiua:⁊ ſcōa negatiua de pꝛeterito vt ſoꝛtes inci
pit eſſe ſic exponitur. ſoꝛtes nūc eſt et immedia
te ante hoc nō fuit. hō incipit eſſe:ſic exponitur
homo nūc eſt et idē imediate ante hoc nō fuit.
ſed ꝓpō in qua negatio ponitur ante incipit ex
ponitur per vnā diſiunctiuā de partib⁹ ꝯtradicē
tibus partibus diſiunctiue: vt ſoꝛtes nō incipit
eſſe.ſic exponitur ſoꝛtes nūc nō eſt vl' imediate
ante hoc fuit.Secūda regula ꝓpoſitiōes de inci
pit in reb⁹ ſucceſſiuis in quib⁹ negatio nō poni
tur.exponūtur ꝑ vnā copulatiuā cui⁹ pꝛima ps
eſt negatiua de pꝛeſenti.⁊ ſecūda affirmatiua d̄
futuro:vt ſoꝛtes incipit currere: ſic exponit̄.ſoꝛ
tes nūc nō currit et immediate poſt ho: curret.

motus incipit eſſe ſic exponitur motus nūc non eſt ⁊ idē īmediate poſt hoc erit. ⁊ illa ī qua negatio ponitur ante incipit exponit̄ per diſiunctiuā de partibus ꝯtradicentib⁹ vt ſortes non incipit currere ſic exponitur ſortes nunc currit vel īmediate poſt nō curret. Sed quereret aliquis quō exponunt̄ ꝓpoſitiones de incipit ⁊ de deſinit in quib⁹ negatio ponit̄ ante infinitiuū. Reſpōdet̄ ꝙ ꝓpō de deſinit in qua negatio ponit̄ ante infinitiuū exponitur ꝑ vnā de incipit in qua nulla ponitur negatio. vt iſta ſortes deſinit nō eſſe. exponitur ſicut iſta ſortes incipit eſſe. ⁊ illa de incipit in qua negatio ponitur ante infinitiuū exponitur ſicut vna de deſinit in qua nulla ponit̄ negatio vt ſortes icipit nō eſſe. exponitur ſicut iſta ſortes deſinit eſſe. Ex quo ſequitur ꝙ a ꝓpōne de incipit in qua negatio ponit̄ ante infinitiuū ad vnā de deſinit. in qua nulla ponit̄ negatio valet ꝯña. ⁊ etiā ab vna de deſinit ī qua negatio ponitur ante infinitiuū ad vnā de icipit in qua nō ponitur negatio eſt bona ꝯña vt bene ſequit̄. ſortes deſinit nō eſſe. ergo ſortes incipit eſſe. Tertia r̄ła propoſitio de deſinit in qua nulla ponitur negatio ſiue in rebus ſucceſſiuis ſiue in rebus ꝑmanentib⁹ exponitur ꝑ vnā copulatiuā affirmatiuā cuius prima pars eſt affirmatiua de preterito ⁊ ſecūda negatiua de preſenti ſumpta cum relatiuo identitatis vt hō deſinit eſſe ſic exponit̄ homo īmediate ante hoc fuit. ⁊ idē nunc nō eſt. motus deſinit eſſe ſic exponit̄: motus īmediate ante hoc fuit ⁊ idē nunc non eſt. Et ſi quis dicat nonne bene ſic exponitur hō nunc nō eſt et īmediate ante hoc fuit. Reſpōdetur ꝙ nō: quia ſtaret oppoſitā eſſe verā et exponentē falſam. naꝫ iſta ſemꝑ eſt falſa homo nō eſt. cū ſua cōtradictoria ſit vera. ſ. oīs hō eſt. Et ſimilr̄ dicunt aliqui ꝙ ꝓpō de incipit in reb⁹ ſucceſſiuis ē de ſubiecto cōi debet exponi ꝑ copulatiuā cui⁹ prima pars erit affirmatiua de futuro ⁊ ſecūda negatiua de preſenti. vt motus incipit eſſe: ſic exponit̄ motus īmediate poſt hoc erit ⁊ idē nunc nō eſt quia dicunt ꝙ iſta eſt falſa motus nūc nō eſt: et ſua cōtradictoria eſt vera. ſ. omnis motus nūc eſt. Quarta r̄ła a propōne de incipit vel de deſinit ad totā exponentē eſt bona ꝯña et ecōtra. ſꝫ ſi exponatur copulatiue ad alterā partem exponentiū valet ꝯña. ſed nō ecōtra. ſed ſi exponat̄ diſiunctiue tunc ad alterā partē nō valet conſequentia. licet bene ecōtra. et eodē modo poteſt dici in oībus exponibilib⁹. Quinta regła arguēdo ab inferiori ad ſuperius mediante hoc verbo incipit et deſinit dūmodo inferius et ſuperius ponantur a parte predicati nō valet cōſequētia vt nō ſequitur ſortes incipit eſſe albus: ergo ſortes incipit eſſe coloratus. cū antecedēs poſſit eē verū ꝯſequēte exiſtente falſo. poſito ꝙ ſortes ꝑus fuerit niger. Dicitur notāter in regula dummodo arguat̄ a parte predicati: quia ſi ſuperi⁹ ⁊ inferius ponantur a parte ſubiecti tunc bene valet cōſequentia. vt bene ſequitur ſortes incipit eſſe. ergo homo incipit eſſe. Similiter albū incipit eſſe. ergo coloratū incipit eſſe. Sexta regula arguēdo ab hoc verbo incipit vel deſinit cū aliq̄ determinatiōe ad ꝓpoſitionē in qua ponitur hoc verbū incipit cū aliqua determinatione verbi infinitiui modi in qua dimittitur illa determinatio nō valet ꝯña vt non ſequitur ſortes incipit eſſe albus. ḡ ſortes incipit eſſe nec ſequit̄ ſortes deſinit eē alb⁹. ḡ deſinit eſſe. Septīa regula a ꝓpoſitione de incipit vel de deſinit in q̄ poſt illud verbū incipit vel deſinit ponitur dictio ſumpta cuꝫ ſigno vlī ad ꝓpoſitionē in qua dimittitur tale ſignū nō oportꝫ ꝯñam valere. vt nō ſequit̄. ſortes incipit ſcire omnē ꝓpoſitionē. ergo ſortes icipit ſcire ꝓpoſitionē. nam poteſt ſtare ꝙ ſortes incipiat ſcire omnē ꝓpoſitionē et nihil incipiat ſcire poſito caſu ꝙ ſint tantū tres ꝓpoſitiones inter quas ſortes tantū vnā ſciat et alie due deſignāt eſſe. tunc ſortes incipit ſcire omnē ꝓpoſitionem et tamen nihil incipit ſcire. etiā ſortes pōt incipere eſſe oīs homo. et nō incipere eſſe homo. vt poſito ꝙ alij homines a ſorte corrumpant̄. tunc illa eſſet vera ſortes incipit eſſe oīs homo. ſimiliter ſortes pōt deſinere ſcire omnē ꝓpoſitionē et nihil deſinere ſcire.

Sciendū eſt tertio ꝙ adhuc ponuntur alique regule. Prima quādo ſubiectum ꝓpoſitionis de incipit vel deſinit eſt quodāmō copulatū tunc debet reſolui in vnā ypotheticā: et tunc quelibet pars illi⁹ ypothetice debꝫ exponi vt ſortes ⁊ plato incipiunt currere ſi illa ꝯiūctio et capitur diuiſiue tunc illa debꝫ reſolui in iſtaꝫ ſortes incipit currere ⁊ plato icipit currere. ⁊ tūc quelibet illarū dꝫ ſeorſum exponi. ſed ſi illud cōiunctū caperetur cōplexiue talis debet exponi ſine reſolutiōe. Similiter ſi ſint de ſubiectis pluralis nūeri tunc debet reſolui in ꝓpoſitiões ſingularis numeri: ⁊ tunc quelibet illarū dꝫ exponi. Et ꝑ hoc ſoluit̄ iſtud ſophiſma. in iſtis ſcolis incipiunt eſſe viginti ſcolares poſito caſu ꝙ ꝑ totam diē fuerint decē et nouē. ⁊ tunc pmo intrat vn⁹ qui ſit viceſimus. Tunc ꝓbat̄. in iſtis ſcolis ſunt viginti ſcolares ⁊ īmediate ante hoc nō fuerunt viginti ſcolares in iſtis ſcolis. ergo in iſtis ſcolis incipiūt eſſe viginti ſcolares. Tn̄ iprobat̄ tm̄ vn⁹ ſcolaris incipit eſſe in iſtis ſcolis. ḡ nō viginti. Itē in iſtꝭ ſcolis icipiūt eē viginti ſcolares ergo in iſtis ſcolis incipiūt eſſe plures ſcolares ab inferiori ad ſuperi⁹. Itē in iſtis ſcolis icipiūt eſſe viginti ſcolares. ḡ in iſtis ſcolis incipit eſſe numer⁹ ſcolariū. Reſpondet̄ ꝙ ſophiſma eſt verum caſu poſito ⁊ ad primā iprobationē dicitur ꝙ non ſequitur: ſed bene ſequeretur. ergo non viginti ſcolares incipiunt eſſe. ¶ Ad ſecundaꝫ et tertiā dicit̄ negādo ꝯſequentiā quia tales cōſequētie in iſtis verbis incipit ⁊ deſinit nō valēt vt viſum eſt. Similiter propoſitiones vniuerſales debent reſolui in ſuas ſingulares: et tunc q̄libet ſingularis debet exponi ſeorſum. ¶ Secūda regula a propoſitione de incipit ⁊ de deſinit in qua aliqua determinatio poſtponitur illi verbo incipit vel deſinit ⁊ verbo infinitiui modi ad propoſitioneꝫ in qua talis determinatio prepo

nim

nitur nõ valet ꝯſequẽtia vt nõ ſequitur. ſortes incipit eſſe alb⁹. ergo albũ incipit eſſe ſortes. ¶ Et ſi quis dicat bñ ſequitur hoc incipit eſſe ſortes demõſtrando illud pro quo albũ ſupponebat. ergo etiã bene ſequitur albũ icipit eſſe ſortes ꝑ locũ a cõuertibilibus. Reſpõdetur ꝙ tribus caſibus a cõuertibilibus nõ valet ꝯña. Primo in ſuppoſitione ſimplici vt nõ ſequitur. homo eſt ſpecies ergo riſibile eſt ſpẽs. Secundo quãdo verbo additur aliqḋ ſincathegorema. ideo nõ ſequitur hõ eſt per ſe ſcḋo modo riſibilis. ergo homo eſt per ſe et ſcḋo mõ rationalis. Tertio mõ nõ valet in multis ꝑpoſitionibus de preterito ꝛ de futuro. vel de terminis cõnotatiuis preteritum vel futurũ cuiõi ſunt iſta verba incipit ꝛ deſinit. Sed de ſuppoſitiõe ponitur talis regula. termini taliũ ꝑpõnum ſupponunt ſicut in preiacẽte. naꝫ ſi ſit vniuerſalis affirmatiua termin⁹ ſequẽs infinitiuũ ſupponit cõfuſe tantũ. Si negatiua ſupponit cõfuſe ꝛ diſtributiue. ſi nõ ſit vlis neqꝫ negatiua ſupponit determinate nõ tamẽ eſt intelligendũ ꝙ talis terminus ſupponat determinate vel ꝯfuſe pro pñtibus tm. ſed pro preſentibus preteritis ꝛ futuris. Ex quo ſequitᷣ ꝙ ſi ſortes incipiat eſſe albus et primo fuerit niger hec eſt falſa ſortes incipit habere colorẽ. ſi tamẽ acciperetur pro colore qui eſt preſentialr. tunc eẽt vera. qꝛ hec eſt falſa ſortes incipit habere colorẽ qui eſt. Ex quo pꝫ. ꝙ nõ ſequitᷣ ſortes eſt coloratus ꝛ prius nõ fuit coloratus colore qui eſt. ergo incipit eſſe coloratus: qꝛ coloratũ non ſolum ampliatur ad colorẽ qui eſt. ſed etiã ad colorem qui fuit. ideo ad hoc ꝙ hec ſit vera. ſortes icipit eſſe coloratus oportet ꝙ ĩmediate ante hoc non fuerit coloratus: neqꝫ colore qui eſt: neqꝫ colore qui fuit. Dicunt tamẽ aliqui ꝙ termin⁹ poſitus poſt infinitiuũ nõ ſupponit vnica ſuppoſitione quia in vna exponentiuꝫ ſupponit determinate et in alia ſupponit cõfuſe ꝛ diſtributiue alias arguerer a nõ diſtributo ad diſtributũ: quia dicẽdo ſortes incipit eſſe albus. ly albus ſupponit determiate ꝛ in vna exponẽtiũ ꝯfuſe ꝛ diſtributiue. ¶ Sed ꝓ ꝯuerſione taliũ ꝑpõnũ eſt aduertendum ꝙ ꝑpõnes de incipit ꝛ deſinit nõ ꝯuertuntur in ſimiles. ſicut iſta ſortes incipit eẽ alb⁹ nõ cõuertitur ſic. ergo albũ incipit eſſe ſortes. quia poſito caſu ꝙ ſortes nũc ſit albus ꝛ prius nõ fuerit albus. añs eſt verum ꝛ ꝯñs falſum. quia ad hãc ꝑpoſitionẽ albũ incipit eſſe ſortes. ſequitur iſta ergo albũ incipit eſſe demõſtrãdo ſortẽ et ad hoc ꝙ hmõi ꝑpoſitiões debite ꝯuertanᷣ oportꝫ addere toti predicato hoc totuꝫ aliquid qḋ eſt vel nihil qḋ eſt in negatiuis. Exemplũ ſortes icipit eſſe albus. cõuertiᷣ ſic aliquid qḋ eſt incipiens eſſe albũ eſt ſortes. Alteri⁹ aduerte ꝙ ꝑpoſitiones de incipit in rebus ſucceſſiuis debẽt cõuerti in ꝑpoſitionẽ de futuro ſicut iſta motus incipit eſſe. debet ſic cõuerti. aliquid qḋ incipit eſſe erit motus. ꝛ ꝑpoſitiões de deſinit in eiſdẽ reb⁹ debẽt cõuerti per ꝑpoſitiões de preterito ſicut ille mot⁹ deſinit eſſe. ergo aliquid qḋ deſinit eẽ fuit motus. Et etiã ꝑpoſitiones de deſinit in rebus permanentibus. ſicut ſortes deſinit eſſe. ergo aliqḋ quod deſinit eſſe fuit ſortes. Aduerte finaliter ꝙ ꝑpõnes de generaᷣ ꝛ de fit in ꝑmanẽtibus exponuntur eodẽ mõ ſicut ꝑpoſitiones de incipit vt ſortes fit. ſic exponitur: ſortes nunc eſt: ꝛ ĩmediate ante hoc nõ fuit. ſed in ſucceſſiuis vbi ideꝫ eſt totaliter eſſe et fieri ſufficienter exponitur ꝑ vnã propoſitionẽ ḋ preſenti. vt iſta motus fit ſic exponitur motus eſt. Sed ꝑpoſitiones de moritur corrumpitur. exponuntur ſicut ꝑpoſitiões de deſinit. vt homo moritur ſic exponitur homo ante hoc fuit. ꝛ idem nunc non eſt. ſed ꝑpoſitio de iſto ꝯplexo factum eſt. exponitur per duas ḋ preterito vnã affirmatiuã et aliam negatiuam vt iſta celũ factum eſt. ſic exponitur: celũ fuit: et celũ nõ ſemper fuit ꝛ hoc capiendo ly celũ large vt ſe extendit ad ꝑpetuũ et nõ ſtricte vt ſe extẽdit ad tempus. qꝛ tunc eſſet impoſſibilis cũ tempus non poſſit eſſe ſine celo. ſimiliter iſta ſortes factus eſt albus. ſic exponitur ſortes fuit albus et ſortes nõ ſemper fuit albus. ſꝫ ꝑpões de hoc verbo fiet exponunᷣ per duas de futuro ꝑ vnam negatiuã et aliã affirmatiuã: vt antixp̄s fiet: ſic exponitur. antixp̄s erit et nõ ſemper erit. ſortes fiet albus ſortes erit albus. et ſortes nõ ſemper erit albus. ſed propoſitio in qua ponitur ly ĩmediate exponitur per vnã copulatiuam cuius prima pars eſt preiacens. et in ſecunda apponitur illi preiacenti hoc totuꝫ nullũ erit inſtans inter ipſuꝫ. vt iſta immediate poſt diẽ iudicij erit nox ſic exponitur poſt diem iudicij erit nox. et nullũ erit inſtãs poſt diẽ quin inter ipſuꝫ ꝛ diẽ ſit nox.

Arguitur ſic primo. incipit et deſinit ſunt vreba preſentis tꝑis. ergo nõ includũt preteritũ et futurũ. et per ꝯſequẽs nõ debent exponi per ꝑpoſitionẽ de preterito ꝛ futuro. ¶ Secundo ſic. iſta ꝑpoſitio ſortes incipit eſſe nõ poteſt exponi ſm aliquã predictarũ regularũ. ergo illi regule inſufficiẽter ponuntur. ¶ Tertio ſic incipit ꝛ deſinit includunt negationẽ. ergo diſtribuunt terminos ſequentes.

Ad primũ ḋr ꝙ licet incipit et deſinit ex ꝯſignificatione non includant tempus preteritum et futurũ. ſed ſolum conſignificant preſens tp̄s: tñ vł ratione principalis ſignificatiõis incipit eñi ſignificat inceptionẽ rei. cui⁹ duo ſũt termini. ſ. pñs ꝛ preteritum in ꝑmanẽtib⁹ ꝛ pñs ꝛ futurũ in ſucceſſiuis. deſinit vero ſignificat deſitionem rei. cui⁹ etiã ſunt duo teri. ſ. pñs ꝛ preteritũ. ¶ Ad ſecundũ ḋr ꝙ predicte rᷓe ſolũ intelligunᷣ de ꝑpõnibus de preſenti põt tamẽ ex eis ſufficienter hꝛi modus exponẽdi illas de preterito. aut futuro: iſta eñi ſortes incipit eſſe. ſic exponiᷣ ſortes in aliquo inſtãti pterito fuit ꝛ ĩmediate añ illud nõ fuerat. etiã iſta antixp̄s icipit eẽ ſic exponiᷣ ĩ aliquo inſtãti fuᷣo erit ꝛ imediate ante hoc nõ erat. ¶ Ad tertiũ negatur conſequentia: quia hec verba ſolũ diſtribuunt terminos cũ quibus conſtruunᷣ modo tales termini ſequẽtes infinitiuũ nõ conſtruuntur cum illis ſicut in iſta ſortes incipit eſſe albus ly albus non

construitur cū ly incipit ſ; cum hoc vbo eſſe.

Seqtur de differt aliō ab de q̄bus datur tales rl̄e. Pria ē ꝙ differt aliud ab et diuerſu; ꝯuenit tm̄ entibus nam. vt dr̄ q̄rto metaphiſice nec non ens enti. nec ens nō enti. eſt idē vl̄ diuerſu;. Scd̄a rl̄a eſt ꝙ abltūs rect⁹ ab iſtis dictionib⁹ mediāte a vel ab diſtribuit̄ ſi ſit diſtribuibilis niſi habeat aliud īpedimētu;. Tertia rl̄a ē ꝙ ꝑpō de differt affirmatiā exponit̄ ꝑ tres exponētes affirmatiuas in quarum pria affirmatur hoc vbū̄ eſt de eo qđ differt. in ſcd̄a affirmatur ide; de eodem a quo differt. tertia negat vnū alloꝝ de alio. vt hō differt ab aſino. i. hō ēſt ꝛ aſin⁹ eſt ꝛ hō nō eſt aſinus. Quarta rl̄a ꝙ ꝑpō negatiua de differt deb; exponi ꝑ vnā diſiūctiuā de ꝑtibus ꝯdicētibus vt ſortes non differt ab aſino. i. ſortes nō eſt vl̄ aſinus nō eſt: vl̄ ſortes eſt aſin⁹ ꝛ valēt ꝯñe in iſtis ſicut in ꝑcedentib⁹. Seqtur de noīe infinito cuius ſolēt aſſignari q̄da; diſtinctiōes. Pria eſt ꝙ infinitū q̄nq; tenet̄ negatiē ꝛ ē illud qđ nō eſt finitū neq; aptū natu; finitari vt deus. Alio mō ꝑt ꝑuatiē capi et eſt illud qđ nō eſt finitū tm̄ eſt aptum natū finitari. vt mot⁹ nōdū ꝑfectus ꝛ infinit⁹ ꝛ illđ eſt triplex. ſ. infinitu; ꝑ appōne; vt in nūeris. Aliđ ꝑ dictionē tm̄ vt in ꝯtinuis: aliđ ꝑ vtrū q; vt tp̄s: ſcd̄a diſtictio eſt de īfinito q̄ ꝑt diſtigui q̄l; modoꝝ ꝑcedentiu; q: aliđ dr̄ īfinitū in actu qđ eſt q̄titas nō terīatū aliđ ē īfinitū in potētia. vt ſūt ꝯtinua. aliđ ē īfinitu; quo ad nos et nō ſm re;. Tertia diſtictio ꝙ īfinitum vnomodo capitur cathegoꝛematice ꝑut eſt q̄titas rei ſubiecte vel ꝑdicate vt cum dicitur mūd⁹ eſt infinitus. aliomodo ſincathegoꝛematice nō ꝑut dicit qualitatem rei ſ; equaliter ſe habet ad ſubiectu; in oꝛdīe ad predicatu; ꝛ ſic eſt diſtributio ſubiecti ꝛ ſignum diſtributiuū. et de his dantur q̄dam regule. Prima eſt ꝙ infinitum ſincathegoꝛematice captu; poſitum in ſubo facit terim cōem ſequētē ſtare ꝯfuſe tm̄: vt īfiniti hoīes currūt. ibi hoīes ſuppōit cōfuſe ꝉ īmobilit̄. Scd̄a rl̄a ē ꝙ ꝑpō de īfinito ſincathegoꝛatice capto exponit̄ per vnā copulatiuā. cui⁹ pria ꝑs affirāt ꝑdicatū d̄ ſubo ſūpto ſub aliq̄ q̄ntitate cōtinua vl̄ diſcreta. ꝛ ſcd̄a negat ꝑdicatū ineē tali ſubo ſm debitā q̄titatē: vt iſta īfiniti hoīes currūt q̄ ſic expōit̄ aliq̄ hoīes currūt et ꝉ tot q̄n ꝑles duob⁹ vl̄ trib⁹. vl̄ ſic. hoīes aliq̄ currūt ꝛ nō q̄l; ꝑles. Tertia rl̄a ē ꝙ ꝑpō de īfinito capto cathegoꝛatice expōit̄ ꝑ vnā copulatiuā cui⁹ prima affirāt q̄titatē de ſubo. ꝛ ſcd̄a negat terim illi⁹ quātitatꝭ. vt h̄ linea ē īfinita. i. linea ē quāta ꝛ nō h; teri; ſue q̄titatꝭ: ꝛ hoc ē ſi īfinitū ſit ī ꝑdicato ſ; ſi in ſubo pria affirāt ꝑdicatū d̄ ſubo quātū ꝛ ſcd̄a negat terim illi⁹ q̄titatis. vt h̄ aliqđ corp⁹ īfinitū ē albū. i. aliqđ corp⁹ quātū ē albū ꝛ idē corp⁹ nō h; teri; ſue quātitatꝭ. Et nota ꝙ op; negare terim illi⁹ q̄titatꝭ ſm quē dr̄ īfinitū: ita ꝙ ſi ſit īfinitū in actu negād⁹ ē terin⁹ illi⁹ q̄titatꝭ ꝛ ſi ſit in potētia. ita ꝙ ſit īfinitū ſm quātitatem potētialē ꝛ nō ſm actualē negād⁹ eſt terin⁹ q̄titatꝭ potētial̄ ꝛ nō q̄titatis actual̄ ſiue ſit īfinitū ſm appōem vl̄ dictione;. Seq̄t̄ de hoc ſigno totus: Pro quo ſciēdū ē ꝙ hoc ſincathegoꝛema tot⁹ pōt capi cōiter ꝑ oī illo qđ h; ꝑtes vl̄ cōponit̄. alio⁹ capit̄ magis ꝑꝑꝛie ꝑ oī illo qđ ex oīb⁹ ſuis ꝑtib⁹ ē ꝑfectū ſic dom⁹ dr̄ tota qđ eſt cōpleta: ꝛ his duob⁹ modis tot⁹ tenet̄ ſignificatiē. Tertio mō capit̄ ſincathegoꝛematice. ꝑut icludit ſignū diſtributiuū. vt h̄ tot⁹ ſoꝛtes ē alb⁹: ꝛ ſic nō dicit quale ſit ſubm ſ; qualiter ſe habet ad ꝑdicatum ꝛ hoc mō reddit

ꝓpōem exponibilē de quo dant̃ due
rl̃e. pͥa eſt ꝙ totus diſtribuit term
cui adiungitur ꝑ q̄ıbꝫ ꝑte integrali
eius vt tot⁹ ſortes eſt albus id eſt q̄
libet ꝑs ſortis eſt alba. Scđa rl̃a ꝙ
ꝓpoſitio affirmatiua de toto exponi
tur ꝑ vnā cathegoricā trāſumēdo ly
tot⁹ in hoc qđ eſt ſm quālibꝫ ſui par
tem vt totus ſortes eſt mīoꝛ ſorte. i.
ſortes ſm quālibꝫ ſui ꝑteꝫ eſt minoꝛ
ſorte. Preterea notandū eſt ꝙ hec ſi
gna qualibꝫ quātūlibet nō ꝓpꝛie fa-
ciunt ꝓpōnes exponibiles ſꝫ faciūt
diſtributionē abſolutā ſm modū re-
liquoꝝ ſignoꝝ ſicut ſunt iſta oīs q̄li
bet ſꝫ cōtrahunt ad deteꝛiatuꝫ gen⁹
pꝛedicamētale. vt quātūlibet diſtin-
guit ꝑ q̄titate cōtinua ⁊ tm̄ valet ſi-
cut hn̄s oēm quātitateꝫ ꝯtinu. i. et q̄-
lelibet ꝑ om̄i q̄litate. ⁊ tm̄ valet ſicut
hn̄s oēm q̄litateꝫ: ⁊ ſic dicūtur mēta
liter cōpleta quoꝝ ꝓpōnes fiūt per
cōpoſitionē. Seq̄tur de ꝯparatiuis
et ſuppellatiuis de q̄b⁹ dātur tales
rl̃e: pͥa ē ꝙ ꝓpō hn̄s cōparatiuū ꝓ-
pꝛie captū ⁊ nō abuſiue exponit̃ co-
pulatie ꝑ tres exponētes: quaꝝ pͥa
affirmat poſitiuū de re excedente. ſe-
cūda affirmat eundē de re exceſſa. et
tertia affirmat exceſſuꝫ de re excedē
te reſpectu rei exceſſe. vt h̄ ſortes eſt
albioꝛ aſino. exponit̃ ſic ſortes eſt al
bus aſin⁹ ē alb⁹ ⁊ ſortes ē mag' alb⁹
q̄ aſin⁹ vl' negādo eq̄litatē foꝛme in
eē exceſſo reſpectu rei excedētis vt
h̄ ſortes ē alb⁹: aſin⁹ eſt alb⁹. ſꝫ aſin⁹
nō eſt eq̄ alb⁹ ſicut ſortes. Scđa rl̃a
eſt ꝙ ſuppellatiu⁹ diſtribuit terīꝫ cō
munē ſequentē q̄ ſignificāt rē exceſſi
uaꝫ vt leo eſt foꝛtiſſim⁹ aīaliū: aīaliū
diſtribuit̃. Tertia rl̃a eſt ꝙ ſuppella
tiu⁹ ꝓpꝛie tētus vult gtm̄ ſignifican
teꝫ rē exceſſaꝫ ꝯuenire rei excedenti
pꝛ: qꝛ h̄ eſt īpꝛopꝛia locutio leo ē foꝛ
tiſſim⁹ lincū: qꝛ linx de leone oīno nō
v̄ificat̃. Quarta rl̃a ē ꝙ ꝓpō de ſup
pellatio ꝓpꝛie capto exponit̃ copu-
latie ꝑ tres exponētes. q̄ꝝ pͥma affir
mat poſitīm de re excedēte ⁊ ſcđa af
firmat eūdē de re exceſſa ⁊ tertia ne
gat vl'r exceſſuꝫ de re exceſſa ꝑ reſpe
ctū ad rē excedētem vt h̄ roſa ē pul-
cerrim⁹ flos floꝛū. i. roſa eſt pulcra.
⁊ oīs flos ē pulcer. ⁊ nullus flos eſt
pulcrioꝛ roſa. ſi v̄o ſuppellatiuus te
neat̃ affirātiue tertia exponēs dꝫ eē
affirātia affirmās exceſſū đ re exce-
dēte ꝑ reſpectū ad rē exceſſā accep-
tū vl'r. vt dicēdo roſa ē pulcrioꝛ om̄i
floꝛe. ⁊ oēs ꝓpōes đ maxio ⁊ miīo.
⁊ ſic đ alijs ſuppellatis his duobus
mōis pn̄t expōi: dūmō ponat̃ gtūs i
poꝛtās rē exceſſā: ⁊ ſi n̄ pōit̃ ille gtūs
dꝫ omitti ſcđa exponēs vt h̄ ſortes
ē foꝛtiſſim⁹. i. ſortes ē foꝛt' ⁊ nulł⁹ ē
foꝛtioꝛ ipō. Et ꝯꝛie iſtaꝝ dn̄t exponi
per diſiūctiuas đ ꝑtib⁹ ꝯtradicētib⁹

¶ Sciendū eſt pͥmo ꝙ ꝯn̄r videndū eſt de expō
nibus ꝓpōnuꝫ de differt diuerſum ſeu differēs
et aliter. vn̄ ꝓpō de differt ē ꝓpō exponibilis rō
ne dictiōis īpoꝛtātis alietatē vt ſūt iſte dictio-
nes differt aliđ alteꝝ diuerſuꝫ a vel ab. vn̄ hoc
ſignū alter q̄nq̄ capit̃ relatie vt vn⁹ illoꝝ currit
et alter q̄eſcit. Alio mō capit̃ īdefinite ⁊ ſic ē ſi-
gnū ꝑticl'are hui⁹ ſigni vl'is vterq̄. alio⁹ vt dic̄
diuerſitatē vl' ðriam inter res ſignificatas per
terios poſitos a ꝑte an̄ ⁊ a ꝑte p⁹ vt ſoꝛ ē alter
ab aſino. ⁊ ſic capit̃ h̄. vn̄ ꝓpōes de differt pn̄t
diuerſificari eodēmō ſic̄ ꝓpōes mere cathegoꝛi
ce. nā q̄dā ſūt de ſubo ſingl'ari. q̄dā de ſubo cōi
q̄dā affirmatie. q̄dā negatie. vn̄ exponēdo ꝓpō
nes de differt dꝫ in ſcđa exponēti pōi illđ cōple
xū ſil' tp̄e. etiā dꝫ caueri ꝙ terīn⁹ diſtribuibil' q̄
nō diſtribuit̃ i expōibili nō diſtribuat̃ in expo-
nēte ſic̄ dicēdo leo ab hoīe differt ſi ly hoīe non
diſtribuit̃ etiā n̄ dꝫ diſtribui in exponētib⁹ ſuis
Ali ꝑ expōne ꝓpōnū de differt ponit̃ talis rl̃a.
Oēs ꝓpōes de differt in q̄b⁹ nō pōit̃ negatio ex
ponunt̃ copulatie ꝑ tres exponētes q̄ꝝ pͥa af-
firmat h̄ v̄bū eſt ſcđm adiacēs de eo ꝙ differt.
ſcđa affirmat idē. i. de eo a quo differt ⁊ tertia ē
negatia in q̄ negat̃ illud a quo differt de eo qđ
differt vt ſoꝛ. differt ab hoīe. ſic exponit̃ ſortes
eſt ⁊ ſil' tp̄e hō eſt ⁊ ſortes nō eſt hō. Sꝫ ꝯdicto-
ria talis ꝓpōis dꝫ exponi ꝑ diſiūctiuā de ꝑtibus
ꝯdicētib⁹ vt ſortes nō differt ab homine: ſic ex
ponitur. ſortes non eſt vel ſimul tempꝛe nullus
homo eſt: vel ſortes eſt homo. Et ſimiliter poſ-
ſunt dari exēpla de preterito ⁊ futuro. exemplū
vbi terminus rectus a ly differt non diſtribuitur

vt homo ab aſino differt.exponitur ſic.hō eſt:et ſimul tempore aſin⁹ eſt. ⁊ idē hō aſinus nō eſt. Sed peteret aliquis quō debet exponi iſta hōīs homo differūt a ſe inuicē.dicit̄ ꝙ debꝫ exponi ſicut iſta hō ab hōīe dīf.⁊ etiā iſta ſortes et plato differūt a ſe inuicē:vt ſortes eſt et ſimul tp̄e plato eſt.et ſortes ⁊ plato nō eſt.Aduerte ꝙ ſi in ꝓpoſitionibus de preterito vel futuro ſit termin⁹ cōmunis nō diſtributus tunc in tertia exponente a p̄te ſubiecti dꝫ poni relatiuū ſubſtātie identitatis vt iſta hō differt a platone ſic exponitur homo erit ⁊ ſimul tēpore plato erit et idē hō nō erit plato poſito caſu ꝙ cras null⁹ ſit homo niſi ſortes et poſt cras nullus ſit hō niſi plato ⁊ nūꝙ̄ poſt ſit aliquis hō tunc hec eſt falſa.hō differt a platone ⁊ tamē ſi in tertia exponente nō poneretur relatiuū ſubſtātie identitatis erit vera. ¶ Secunda regula arguēdo a ꝓpōne affirmatiua de differt ad totā eius exponentē ⁊ ad ꝗlibet eius partē principalē eſt bona ꝯña. Tertia regula a qualibet exponēte ꝓpoſitionis de differt ad ꝓpoſitionē negatiuā de differt eſt bona ꝯña ſꝫ nō ecōtra. Quarta regula arguēdo ab inferiori ad ſuperius quādo ſuperius et inferius ponuntur poſt differt mediante iſta ꝓpōne a vel ab nō valet ꝯña vt nō ſequitur ſortes differt ab aſino.ğ ſortes differt ab animali. Et dicitur notāter dūmodo ponatur poſt:q: ſi ꝓponeretur poſſet eſſe bona ꝯña:vt bene ſequit̄ ſortes differt ab aſino ergo hō differt ab aſino.ſed arguēdo a ſuperiori ad inferius poſita ꝯſtantia inferioris eſt bōa ꝯſequentia.vt bene ſequit̄ lapis differt ab aīali et hō eſt.ergo lapis differt ab homine:q: ex oppoſito cōſequētis infert̄ oppoſitū antecedentis ſed arguēdo a toto in q̄titate ad ſuam partem ſigno p̄cedente nō valet ꝯſequētia vt nō ſequit̄ ſortes differt ab omni homine.ğ ſortes differt a ſorte etiā a parte in modo ad ſuū totū ꝟbo etiā precedēte non valet ꝯña.vt non ſequitur ſortes differt ab homine albo:ğ ſortes differt ab hoīe. ¶ Et aduerte ꝙ de ſuppoſitiōe terminoꝝ taliū propoſitionū ſatis dictū eſt in ſuppoſitionibus Sed de ꝯuerſiōe dicitur ꝙ hmōi propoſitiones debent cōuerti ſicut ille de ineſſe dūmō fiat de preciſo predicato preciſum ſubiectum quod faciliter pōt fieri facta expoſitiōe hu⁹ verbi ī hoc verbū eſt ⁊ ſuū participiū ſicut iſta ſortes differt ab homine.debet ſic exponi.ſortes eſt differens ab homīe.⁊ ſic cōuerti differēs ab hoīe ē ſortes.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ de expoſitione propoſitionū de infinito et huius ſigni totus ſatis viſum eſt in tractatu diſtributionū. ideo d̄ eis nihil dicet̄.ideo videndū eſt de expoſitiōe ꝓpoſitionū cōparatiui et ſuppellatiui grad⁹. Vñ eſt aduertendū ꝙ cōpatiuus aliqñ tenetur poſitiue vt ſortes eſt hō doctior:id ē ſortes eſt doct⁹ Simil̄r ſpēs predicat̄ de plurib⁹:id ē de multis alio mō capitur partitiue.vt ſortes ē doctior hominū.et tunc lꝫ hominū ſupponit cōfuſe ⁊ diſtributiue ſicut ſupponeret dicēdo ſortes ē doctior homine.et iſtis duob⁹ modis nō capitur in ꝓpoſito. Alio modo capitur cōpatiue et hoc multis modis.vno modo impropriſſime videlicet quādo forma ꝯpatiui nō ꝯuenit neq; rei exceſſe neq; rei excedēti:vt fornicatio eſt melior adulterio et debet exponi ꝑ formā oppoſitā forme importate ꝑ ꝯparatiuū:ideo talis ſic exponitur fornicatio eſt mala et adulteriū eſt malū.⁊ fornicatio nō eſt ita mala ſicut adulteriuꝫ. Simil̄r de illis dicendū eſt.melius eſt perdere digituꝫ ꝙ̄ caput de duob⁹ malis minus malū magis eſt eligēdū Alio mō capit̄ improprie qñ forma ıportata ꝑ ꝯpatiuū cōuenit rei excedēti et nō rei exceſſe.vt deus eſt melior dyabolo et ſic exponit̄ de⁹ ē bonus et dyabol⁹ nō eſt bon⁹. Alio mō capit̄ ꝓprie qñ ambo extrema.ſ.res excedēs ⁊ res exceſſa cōueniunt in forma ſm quā fit ꝯpatio:vt ſortes eſt melior platone. Pro cui⁹ expoſitiōe ponit̄ talis regula.propō affirmatiua in qua termin⁹ ſignificans rem exceſſaꝫ ſequit̄ ꝯpatiuū exponitur ꝑ vnā copulatiuā cōpoſitā ex trib⁹ cathegoricis.ī quarū prima denotatur poſitiuū ꝯpatiui grad⁹ affirmari de re excedēte ſumpta cū ſua diſpōne in ſecūda denotatur idē poſitiuū dici affirmatiue de re exceſſa vniuerſaliter ſumpta.et tertia ē negatiua negās poſitiuū ſumptū cū iſta dictiōe ita.de re exceſſa in ordine ad rem excedentē. vt ſortes eſt fortior aſino.ſic exponit̄ ſortes eſt fortior.oīs aſinus eſt fortis et nullus aſinus eſt ita fortis ſicut ſortes ſi aūt ꝓpō fuerit vlis debꝫ dici in vltima.⁊ null⁹ aſinus eſt ita fortis ſicut oīs hō et in iſta vltia iſte termin⁹ hō ſupponit eodē mō ſicut in expoſita.ſ.diſtributiue et hoc virtute triū ſignoꝝ diſtributiuoꝝ. Sed ꝯdictoria tal̄ debet exponi ꝑ vnā diſiunctiuā de partibus contradicētibus et in iſta expōne cauendū eſt ne terminus qui nō diſtribuitur in exponibili nō etiā diſtribuat̄ in exponēte. vt ſortes eſt hoīe fortior ſic exponitur ſortes eſt fortis:hō eſt fortis.⁊ hō nō eſt ita fortis ſicut ſortes. Et ſi propō de ꝯpatiuo ſit negatiua et negatio nō cadat ſuper ꝯpatiuū talis ꝓpoſitio debet exponi copulatiue.vt iſta fortior hoīe ſortes non eſt.ſic exponit̄ fortis ſortes nō eſt et oīs hō fortis nō eſt. Sed ſi quereret aliquis quō dꝫ exponi iſta ego:video meliorem hominē ꝙ̄ plato. Reſpōdetur ꝙ ſic.hō quē ego vidi eſt bon⁹.⁊ hō quē plato vidit eſt bonus et nullus hō quē vidit plato eſt ita bon⁹ ſicut ille quē ego vidi. Sed ꝓ expōne de ſuppellatiuo eſt aduertendū ꝙ ſuppellatiuus aliquādo exponitur affirmatiue et aliqñ negatiue.pro quo ꝑonitur talis rl̄a.

De expoſitione ꝓpoſitionū d̄ ſuppellatiuo.

Oīs ꝓpō de ſuppellatiuo ꝓprie capto exponitur ꝑ vnā copulatiuā cōpoſitaꝫ ex trib⁹ cathegoricis. q̄ꝝ pria affirat poſitiuū d̄ re excedēte.ſcda de re exceſſa:⁊ tertia affirmat exceſſum de re excedēte in ordine ad rē exceſſam: vt roſa eſt pulcerrim⁹ floꝝ. ſic exponit̄.roſa eſt pulcra ⁊ omis flos eſt pulcer et roſa eſt omi flore pulcrior. et hoc ſi exponatur affirmatiue.ſed ſi exponatur negatiue.tertia negat exceſſum r e re excedēte:⁊ idē exemplū pōt poni ſicut prius ⁊ tūc tertia exponēs dꝫ eſſe iſta null⁹ flos eſt pulcrior roſa et expō eſt bona ſi gentilius ſequens

ſuppellatiuũ ponatur ſine ſigno vl'i ſi autẽ pone
retur cuꝫ ſigno vl'i et precedat adhuc expoſitio
eſſet bona. ſed ſi ſequatur ſuppellatiuũ debꝫ po
ni in ablatiuo ſumpto cũ ſigno vl'i ⁊ ſequẽte cõ
paratiuũ: vt iſta roſa eſt pulcerrimus oĩm florũ
ſic exponitur roſa eſt pulcra aliquis flos eſt pul
cer et roſa eſt pulcrior omni flore. ſed ſi genitiuꝰ
precedat ſuppellatiuũ tunc debet fieri tertia ex
ponens ſm exigentiã ſuppoſitiõis illius termi
ſed cõtradictorie taliũ ꝓpoſitionũ debent expo
ni ꝑ diſiunctiuas de partibꝰ ꝯdicentibus.

Sciendũ eſt tertio ꝙ ſupellatiuus
aliquãdo ponit̃ ſine genitiuo plurali ⁊ tunc ꝓpo
ſitio eſt exponẽda ꝑ duas ꝓpoſitiões quaꝝ vna
eſt affirmatiua ⁊ alia negatiua: vt iſta ſortes eſt
fortiſſimus: ſic exponitur ſortes eſt fortis et ni-
hil eſt ita forte ſicut ſortes. De ſuppõne aũt ter
minoꝝ propõnum de cõpatiuo ⁊ ſuppellatiuo ſa
tis dictũ eſt in tractatu ſuppoſitionũ ſed de con
uerſione taliũ ꝓpõnuꝫ ponitur hec regula ꝙ pro
ſubiecto cõuertẽtis dꝫ capi cõparatiuus vl' ſup-
pelatiuus cuꝫ hoc cõplexo aliquod qđ eſt et hoc
in affirmatiuis et nihil quod eſt in negatiuis vt
iſta ſortes eſt fortior oĩ animali. ſic ꝯuertitur ali
quid qđ eſt fortius omni animali eſt ſortes ⁊ ita
dicat̃ de ſuppellatiuo. Et ſi quis querat de qua
litate ⁊ q̃titate taliũ ꝓpoſitionũ. Reſpondetur
ꝙ ſumenda eſt ſicut in alijs cathegoricis. Sꝫ ꝓ
expoſitiõe ꝓpõnum de ſignis collectiuis eſt ad-
uertendũ ꝙ ſignoꝝ quedã ſunt vniuerſalia que
ſm vſum ſemꝑ accipiunt̃ diſtributiue et nunq̃
collectiue ſicut ſingulis vterq; neuter. ⁊ quedaꝫ
accipiunt̃ collectiue tm̃ vt cunctus vniuerſus vt
paꝫ in litteris notarioꝝ ſic ſcribentiũ vniuerſis
et ſingulis mandamꝰ. ſed illud ſignũ oĩs in plu
rali nũero põt capi indifferenter collectiue ⁊ di
ſtributiue vt multociẽs viſum eſt quãdo tm̃ capi
tur collectiue tunc capit̃ multipliciter. vno mõ
vt tantũ valet ſicut hoc cõplexũ tota collectio. ⁊
ſic iſta ꝓpõ omnes apoſtoli dei ſunt duodecim.
ſic exponitur tota collectio apoſtolorũ dei ẽ duo
decim. Alio mõ vt tantũ valet ſicut hoc ꝯplexũ
maxima multitudo vel maximus numerꝰ. ⁊ ſic
iſta ꝓpõ oẽs ap'li dei ſunt duodecim ſic exponit̃
maxĩa mltitudo ap'loꝝ dei ẽ duodecĩ. vl' maxi-
mus nũerus ap'loꝝ dei ẽ numerꝰ duodenarius
Tertio mõ capit̃ vt tm̃ valet ſicut hoc aggrega
tum nulli quin ſit de nũero iſtoꝝ ⁊ tũc exponit̃ ꝑ
vnã copulatiuã bimẽbrẽ ſic ap'li dei ſunt duode
cim. ⁊ nulli ſunt ap'li dei quin ſint de nũero iſto-
rum ⁊ negatiua oppoſita tali ꝓpõni debet expo-
ni ꝑ vnã diſiunctiuã de ꝑtibus ꝯtradicẽtibꝰ. Et
de hoc ponunt̃ alique regule. Prima arguendo
a ꝓpoſitione de ſigno collectiuo ad ꝓpõnem iaꝫ
ſufficiẽter exponentẽ ẽ bona ꝯña ⁊ ẽꝯ. ¶ Scđa
r'la arguẽdo a ꝓpõne de ſigno collectiuo ad eiꝰ
ꝯiacentẽ ceteris paribꝰ ẽ bona ꝯña: ſꝫ non ẽꝯ vt
bñ ſequit̃ oẽs ap'li dei ſunt duodeciꝫ. g̃ ap'li dei
ſunt duodecim. Ex quo ſequit̃ ꝙ iſta ẽ falſa oẽs
duo ap'li dei ſũt duodecĩ q: ad eã ſequit̃ ꝙ duo
ap'li dei ſunt duodecĩ. Sꝫ de q̃titate huiꝰ ꝓpõis
oẽs ap'li dei ſunt duodecim et de ſuppõne termi-
nium ſatis viſum eſt in ſuppõnibꝰ. ¶ Finalr̃ vi-
dendũ eſt de expõne ꝓpõnum de ita et de ſicut.
Pro cuiꝰ declaratiõe eſt aduertendũ ꝙ iſta di-
ctio ita aliqñ eſt aduerbiũ affirmatiuũ vt cũ d̛r ita
faciã aliqñ eſt añs vt cũ d̛r ita eſt ſicut dicit pla
to aliqñ eſt relatiuuꝫ vt cũ d̛r ſicut ſortes currit
ita facit plato. Alio mõ capit̃ vt mediãte ipa cõ
parant̃ aliq̃ res in aliq̃ ꝓprietate ſimili vt ſor-
tes eſt ita doctꝰ ſicut plato. Etiaꝫ ſicut põt capi
multiplr̃ primo explicatiue. ſcđo vt importat ap-
parentiã et de eo ſic nõ ẽ ad ꝓpoſitũ. alio mõ vt
eſt aduerbiũ mediãte quo ꝯpant̃ aliq̃ plura ĩ ali
q̃ ꝓprietate. vñ ꝓpõ de ita vel de ſicut nõ dꝫ ex
poni ꝑ omnĩo ſimilr̃ vel equiualenter: q: poſito
caſu ꝙ ſortes ſit diues ꝯ centũ ſcutꝫ in pecunijs
et plato in mercantijs. tñ iſta eſt vera ſortes ẽ ita
diues ſicut plato. et tñ hec ẽ falſa ſortes ẽ diues
oĩno ſimilr̃ plato: ſꝫ ſi ita ⁊ ſicut dicãt oĩmodaꝫ
ſimilitudinẽ tũc talis ꝓpõ ſic exponit̃ ſortes eſt
diues et plato ẽ diues ⁊ plato nõ eſt magis neq;
minꝰ diues q̃ ſortes: ſꝫ ſi nõ dicãt oĩmodã ſimi
litudinẽ nec negant exceſſum rei ſignificate per
ſequẽs extremũ ſupra rem ſignificatã ꝑ p̃cedẽs
extremũ in illa ꝓprietate in q̃ fit ꝯpatio tũc iſta
ꝓpõ ſortes ẽ ita fortꝫ ſicut plato ſic exponit̃ ſor
tes ẽ fortis ⁊ plato ẽ ſimul fortꝫ ⁊ plato nõ ẽ for
tior ſorte. vñ in ꝓpõnibꝰ de p̃terito ⁊ de futuro
in ſcđa ꝓpõne dꝫ addi iſta ꝑticula in eodẽ tp̃e p̄
ciſe vt iſta ſortes erit ita ſapiẽs ſicut plato expo
nit̃ ſic. ſortes erit ſapiẽs ⁊ plato in eodẽ tp̃e p̄ci
ſe erit ſapiẽs. ⁊ ſortes nõ erit nec magꝫ nec minꝰ
ſapiẽs q̃ plato. ⁊ h̄ ſi dicat totalẽ ſimilitudinẽ ⁊
de h̄ ponunt̃ aliq̃ r'le. Prĩa ab iſeriori ad ſupiꝰ
p̄ponẽdo ly ita vl' ſicut nõ valꝫ ꝯña. vt non ſeq̃t̃
ſortes ẽ ita fortꝫ ſic̃ plato. g̃ ẽ ita fortis ſicut ali-
q̃s hõ. q: aliq̃s hõ diſtribuit̃ vt viſum ẽ in ſuppõ
nibꝰ: ſꝫ a ſupiori ad iferiꝰ poſita ꝯſtantia iferio
ris bñ valꝫ ꝯña. vt bñ ſeq̃t̃ ſortes ẽ ita fortꝫ ſicut
aĩal. g̃ ẽ ita fortꝫ ſicut hõ q: ar̃ a ſupiori ad iferiꝰ
cũ diſtributiõe ſupioris. Scđa r'la a ꝓpõe affir
matiua de ita vl' ſic̃ ceterꝫ paribꝰ ad ꝓpõnẽ ne-
gatiuã ꝯ ꝯpatiuo q̃du extremis ꝯuerſis forãlr̃
valꝫ ꝯña. vt bñ ſeq̃t̃ ſortes ẽ ita fortꝫ ſic̃ plato g̃
plato nõ ẽ fortior ſorte. Tertia a ꝓpoſitione af
firmatiua ꝯ ꝯpatiuo ad affirãtiuã de ita vel ſic̃
reſpectu eorũdẽ extremoꝝ nõ conuerſorũ cete-
ris paribꝰ valꝫ ꝯña vt bene ſequit̃ hõ eſt fortior
homine: ergo ſortes eſt ita fortis ſicut homo.

¶ Circa hoc queritur de hoc ſophiſmate deus
eſt ita bonus ſicut dyabolus ꝙ ſit veꝝ probatur
quia ꝯtradictoria eiꝰ eſt falſa. ſ. nullus deus eſt
ita bonus ſicut dyabolus ſaltẽ prima facie non
videtur eſſe negãda. Improbat̃ quia vna expo
nens eſt falſa: ſꝫ iſta dyabolus eſt bonꝰ: ergo ſo
phiſma eſt falſum. Reſpondetur ꝙ ſi ly ſicut ca
piatur proprie tũc eſt falſa et ſua cõtradictoria
eſt vera: ſed nõ eſt aſſerenda corã vulgaribꝰ qui
ignorãt naturas terioꝝ. ſi vero ly ſicut capiatur
improprie ſicut vulgariter capit̃. ſecũda eſt ve-
ra et nõ ẽ exponẽda niſi ſit ꝑ duas ꝓpões ſicut
ꝓpõ de comparatiuo abuſiue capto. vt deus eſt

De expõne ꝓpoſitionũ de ita ⁊ ſicut

De h̄ ſophiſmate deus ẽ ita bonꝰ ſicut diabolus.

ita ben⁹ ſicut diabolus capiẽdo ly ſicut vulgariter dz ſic expon: de⁹ eſt bon⁹ ⁊ nullus diabol⁹ eſt bon⁹ ⁊ in illo ſenſu notum eſt ꝙ illa eſt vera

Arguitur ſic p̄io iſte ꝓpõnes de⁹ eſt melior diabolo ꝓdigalitas eſt melior illiberalitate ſunt de cõparatiuo: ⁊ tñ nõ exponũtur ſm̄ p̄dictas regulas. ¶ Scd̄o ſic. a ſuperiori ad inferius cũ diſtributione eſt bona ↄ̄ſa. g̃ p̄cedente cõparatiuo vel ſuppellatiuo erit bõa ↄ̄ña et ſic bñ ſeq̄ret aïal qd̄ eſt debili⁹ oĩ aïali eſt debili⁹ muſca. ¶ Tertio ſic: oĩs indefinita põt eſſe vl'is. ſ; iſta fortiſſimũ aïalium currit nõ pt̄ fieri vl'is. nõ eñ põt dici oĩe fortiſſimũ aïaliũ: ergo nõ eſt indefinita. ⁊ p ↄ̄ñs male dictũ eſt ꝙ quãtitas taliũ ꝓpõnũ aſſumẽda eſt ſm̄ quantitatem propoſitionum cathegoricarum.

Ad primum ⁊ ſcd̄m pz ſolutio tam hic ꝙ in ſuppõnib⁹. ¶ Ad tertium dz ꝙ illa pt̄ fieri vl'is lz fortiſſimũ nõ habeat niſi vnũ ſuppoſitu; ⁊ nõ ſupponat ꝓ pluribus tñ ex impoſitione termini ſibi nõ repugnat ſupponere pro pluribus, ⁊ ſibi addi ſignum vniuerſale.

¶ Et hec de paruis logicalibus dicta ſufficiant.

s Equunt̄ aliq̄ notãda ꝓ declaratiõe terminorum. Primo notandum eſt ꝙ duplex eſt terminus. ſ. ſignificatiuus ⁊ nõ ſignificatiuus. terminus ſignificatiuus eſt q̄ ex impõne quã actu hz vel naturali ſignificatione ſignificat aliq̄d vel aliq̄ vel aliq̄liter ſupple aliud a ſe vel a ſibi ſimili: vel ſuo ꝑlatore ⁊ p oppoſitum dicatur de termino nõ ſignificato.

Terminus ſignificatiu⁹ ẽ duplex

Sciẽdu; eſt ſcd̄o ꝙ termin⁹ ſignificatiuus eſt duplex ſc; cõplexus ⁊ incõplexus: ⁊ q̄libet iſtoꝝ eſt triplex. ſ. mẽtalis vocalis ⁊ ſcriptus. vñ terin⁹ vocal' incõplexus eſt q̄ ſubordiat̄ terio mẽtali incõplexo: ſeu ↄceptui incõplexo. Et ſil'r dicat̄ de ſcripto. ſ; termin⁹ mẽtalis incõplexus eſt ↄcept⁹ ſimplex ſeu noticia ſimplex. vt noticia lapidis vocat̄ ↄcept⁹ incõplexus. ita ꝙ ↄceptus lapidis vel bouis nõ eſt niſi noticia ſimplex bouis vel lapidis. Sil'r termin⁹ cõplexus eſt triplex. ſ. mẽtalis vocalis ⁊ ſcript⁹. vñ termin⁹ mentalis cõplexus eſt noticia cõpleta ſeu noticia q̄ hẽtur de aliquo cõplexo ſeu de aliquo ſe hñte p modũ cõplexi. ſ; terin⁹ ↄplexus vocal' vel ſcriptus eſt q̄ ſubordinat̄ conceptui complexo mentali. i. ꝙ ſignificat ſuu; ſignificatum mediante conceptu complexo.

Sciẽdũ eſt tertio ꝙ adhuc duplex ẽ terin⁹. ſ. adiectiualis ſeu adiectiu⁹ qd̄ idẽ eſt. ⁊ ſubſtãtiual' ſeu ſubſtãtiu⁹. vñ terin⁹ adiectiual' eſt q̄ ſignificat ſuũ ſignificatũ p̄ncipale p modũ alteri adiacẽtis ⁊ de ſignificatiõe min⁹ p̄ncipali ſignificat illd̄ ꝓ quo ſuppõit. ¶ Et aduerte ꝙ terinus adiectiual' pt̄ teneri dupl'r. ſ. ſubſtãtiue et adiectiue. ſubſtãtiue qñ accipit̄ ꝓ ſuo ſignificato min⁹ p̄ncipali ſeu ꝓ illo ꝓ quo ſuppõit ſiue ꝓ illo cui denotat̄ ſuũ ſignificatu; p̄ncipale adiacere. ⁊ tũc dico ꝙ adiectiuũ ſubſtãtiue captum ſuppõit. Alio mõ accipit̄ pure adiectiue qñ accipit̄ ꝓ ſuo ſignificato p̄ncipali ⁊ nũꝙ de cõi vſu ſeu rigore logicoꝝ fit in ꝓpõne ſed ſolũ extra ꝓpõnem: ⁊ tũc dico ꝙ adiectiuũ adiectiue tẽtũ nũꝙ ſuppõit: lz bñ ſignificet. Ex quo ſeq̄tur ꝙ oẽ adiectiuũ adiectiue tẽtũ ẽ purũ ſincathegorema rõe officij lz nõ rõe ſignificatiõis ⁊ de hoc magis viſu; eſt in ſũmul'. ¶ Notãdũ ẽ vlteri⁹ ꝙ adhuc duplex ẽ terin⁹. ſ. ↄnotatiu⁹ ⁊ abſolutus ſeu ñ ↄnotatiu⁹ vñ terin⁹ abſolut⁹ ẽ q̄ nihil ↄnotat: ⁊ ſunt oẽs teri in p̄dicamẽto ſubẽ. ſic petr⁹ iohãnes hõ aïal ⁊c. ſ; teri ↄnotatiui ſũt q̄ ↄnotãt aliq̄d p modũ hitudĩs eẽntial' vl' accñtalis ſicut albus niger. ¶ Et aduerte ꝙ cõiter dz ꝙ etiam verũ eſt ꝙ termin⁹ cõnotatiu⁹ dz habere duplex ſignificatu;. ſ. formale ⁊ materiale. ſeu p̄ncipale ⁊ minus p̄ncipale. Materiale eſt res ꝓ qua talis termin⁹ natus eſt ſupponere vt ſignificatũ materiale iſti⁹ termi albus eſt res alba ſeu res hñs albedinẽ: puta petrus vel lapis ſed ſignificatũ formale ſeu p̄ncipale eſt illd̄ ad qd̄ talis termin⁹ impoſit⁹ eſt ad ſignificandu; vel qd̄ principaliter ſignificat vt ſignificatum principale huius termini albus eſt ipa albedo et nõ res alba de termino dicto.

¶ Sequunt̄ aliqua de ſuppoſitione.

s Uppoſitio eſt acceptio termi in ꝓpõe ꝓ aliquo vel aliq̄bus ꝓ quo vel q̄b⁹ talis terinus nat⁹ eſt ſignificari mediãte copl'a talis ꝓpõnis vl' ſibi equalẽtis in acceptiõe termioꝝ. Ex quo ſequũtur aliq̄. Primo ꝙ ſolus terinus dz ſupponere ſuppõne p̄ncipali. Scd̄o ſequit̄ cõtra petrũ hyſpanũ ꝙ terin⁹ extra ꝓpõne; poſitus nõ ſupponit. lic; bñ ſignificet. imo ꝓuerbialiter dz ꝙ nulla ꝓprietas logicalis ↄuenit terio extra ꝓpõe; puta nec ſupponere nec ãpliare ⁊ ſic de alijs. Seq̄tur tertio ꝙ ſincathegoremata nõ pñt ſupponere cũ nihil ſignificẽt. op; eñ terminũ ſupponẽtẽ aliq̄d ſignificare ꝓ quo ſupponat. Ex quo ſeq̄tur ꝙ ꝓnoĩa pure ꝓnoĩal'r ſũpta nõ ſupponũt cũ ſic capta ſint pura ſincathegoremata. Seq̄t̄ etiã ꝙ adiectiua adiectiue capta nõ ſupponũt. Ex quo ſeq̄t̄ ꝙ multi ſũt termi ſignificãtes aliq̄d q̄ ꝓ nullo ſupponũt. ⁊ ſil'r dicatur de ꝑticipijs. Seq̄t̄ etiã ꝙ termi ſcripti in libris bñ ſupponũt cũ ſint nati ſignificari ꝓ aliquo vl' aliq̄b⁹. Seq̄t̄ etiã ꝙ poſtꝙ ↄcept⁹ ſeu termĩ mẽtales ſũt nati accipi ꝓ aliquo vl' aliq̄b⁹ ꝙ tales ſupponũt imo ꝓ ↄceptib⁹ nõ vltiatis dicendũ eſt eodẽ mõ ſicut de vocalib⁹. Seq̄t̄ etiã ꝙ multi termĩ pñt diſtribui in ꝓpõe q̄ nõ pñt ſupponere vt in iſta ꝓpõe oĩs chimera eſt chimera ille terin⁹ chimera diſtribuit̄ cũ ſit ſubm ꝓpõis vl'is. ⁊ tñ nõ pt̄ ſupponere cũ ſignificatũ ei⁹ nihil ſit imo ĩpoſſibile eſt ip; eẽ. ideo nõ pt̄ ſupponere ꝓ aliquo affirmatiue ⁊ vere p̄dicari. tñ ꝓpt̄ hoc nõ ſeq̄tur qñ ſit terin⁹ cõis: cũ ſibi nõ ꝓueniat ex natura ſue ĩpõnis: ſ; ꝓpt̄ ĩpoſſibilitatẽ rei. vnde ſtat terminu; communem tribus modis nõ poſſe ſupponere neꝙ vere affirmari de pluribus propter impoſſibilitatem rei ſignificate ſicut iſte terminus chymera propter defec-

tum rei ſignificate. vt ſunt iſti termini mūdus ſol luna ꝓpter modum ſignificandi adiectiua lez ſicut ſūt termiī adiectiuales adiectiue tēti.

¶ Sequitur de diuiſione ſuppoſitionis.

Primo ſciendū eſt ꝙ ſuppoſitio in pma ſuidiuiſſione diuidit̃ in ſuppōnez ſimplicem ſeu nō mixtam ⁊ in ſuppōnem mixtā. vñ ſuppoſitio ſimplex ſeu nō mixta eſt acceptio termiī ſimplicis ſeu termiī mixti cui⁹ vna ps non ſupponit alio genere ſuppōnis ꝙ alia. vt hō albus diſputat. ſʒ ſuppō mixta eſt acceptio termiī cōplexi cui⁹ vna ps ſupponit alio gn̄e ſuppōnis ꝙ alia vt dicēdo iſte termin⁹ hō eſt dictio diſſillaba. ibi ly termin⁹ ſupponit pſonaliter ⁊ ly hō materialiter. ideo illud totū extremū dʒ ſupponere ſuppōne mixta. Silr dicēdo ſortes vel buf baf currit: ibi totū extremum dʒ ſupponere ſuppōne mixta. ⁊ de hoc magis videbitur in ſummulis. ¶ Aduerte vlteri⁹ ꝙ triplex eſt gen⁹ ſuppōnis cōis nō mixte. ſcʒ ſuppoſitio materialis ſimplex ⁊ pſonalis. vnd̄ ſuppoſitio materialis eſt acceptio termiī ꝓ ſe vl ſimili ſibi in voce vel in ſcripto. vt dicēdo ſortes eſt dictio diſſillaba. petrus eſt noīatiui caſus. vel ſic pōt diffiniri. ſuppoſitio materialis ē acceptio termini ꝓ ſuo ſignificato nō vltimato vl ſuis ſignificatis nō vltimatis ſm ꝯceptum ſm quē nō vltimate accipit̃. Et aduerte ꝙ pro tali ſuppoſitione ponit̃ talis regula. qñcūqȝ terminus accipit̃ reſpectu alicui⁹ pdicati quod nō dʒ ꝯuenire ſignificato vltimato illius termiī: tunc talis termin⁹ dʒ ſupponere materialiter. ¶ Aduerte vlteri⁹ ꝙ moderni logici ꝓ nō intelligentib⁹ ſuppōnem materialez poſuerunt vnum ſignum ſcʒ ly .ita ꝙ ly denotat terminum cui additur ſupponere materialiter.

Diuiſio ſuppōis material

Sciendum eſt ſcđo ꝙ ſuppoſitio materialis eſt duplex ſcʒ cōis ⁊ diſcreta. vñ ſuppoſitio materialis diſcreta eſt acceptio termini materialiter ſumpti cū ꝓnoīe pmitiue ſpēi. vt hoc ly hō ē dictio diſſillaba: ibi hō ſupponit materialiter diſcrete. ſʒ ſuppoſitio materialis cōmunis eſt acceptio termiī materialit̃ ſumpti ſine aliquo ꝓnoīe pmitiue ſpēi vt hō eſt cōis generis. ibi ly hō ſupponit materialiter cōiter. et eſt duplex ſuppoſitio materialis cōis. ſ. determiata ⁊ ꝯfuſa. determiata eſt acceptio termiī materialiter ſumpti ſub quo gr̄a forme pōt fieri deſcenſus diſiunctus vt amo eſt verbū. ibi ly amo ſupponit materialiter determiāte. Ex quo ſeqtur ꝙ iſte ſunt ſimul vere amo eſt verbuʒ. amo nō eſt verbum. ſed ſuppoſitio cōfuſa eſt duplex ſcʒ cōfuſa ⁊ diſtributiua ſimul ⁊ cōfuſa tantuʒ. vñ cōfuſa ⁊ diſtributiua ſimul eſt acceptio termini materialiter ſumpti ſub quo gr̄a forme pt fieri deſcenſus copulatiu⁹. vt oē ly homo eſt dictio diſſillaba. ſed cōfuſa tantuʒ eſt acceptio termini materialit̃ ſumpti ſub quo gr̄a forme pōt fieri deſcēſus diſiunct⁹. vt oē ly hō eſt vox diſſillaba. ibi ly vox diſſillaba ſuppōit ꝯfuſe tm̄

¶ Sequitur de ſuppoſitione ſimplici.

Quid eſt ſuppō ſimplex

Sciendum eſt pmo ꝙ ſuppō ſimplex eſt acceptio termiī in ꝓpōne ꝓ ſuo ſignificato adequato reſpectu pdicati ponentis dr̄iam inter ſuperi⁹ ⁊ inferi⁹. ſeu magis cōe et min⁹ cōe: vt hō eſt ſpēs modus ſciēdi ē ſubiectum in logica. ſon⁹ diuidit̃ in ſonū vocē ⁊ ſonum nō vocē. ibi ſubiecta iſtaꝝ ꝓpōnum ſupponunt ſimplr ⁊ eſt duplex ſuppō ſimplex. ſ. cōis et diſcreta. cōis eſt acceptio termiī cōis ꝓ ſuo ſignificato adequato reſpectu pdicati nō ꝯueniētis ſuo inferiori. ſʒ ſuppō diſcreta eſt acceptio termiī diſcreti ꝓ ſuo ſignificato reſpectu pdicati nō ꝯueniētis ſuo ſupiori. vt ſortes eſt indiuiduuʒ. ibi ille termin⁹ ſortes ſupponit ſimplicit̃ Et aduerte ꝙ de iſta ſuppōne ſimplici ponūtur aliq̄ regle. Pria nūꝙ a termio ſuppoñete ſimplr pt fieri deſcēſus. iō nō ſeqtur mod⁹ ſciēdi ē ſubiectum in logica: g̃ iſte vl iſte. Ex quo ſeqtur ꝙ ibi ſūt ꝓpōes indefinite dequaꝝ nulla eaꝝ ſingularis eſt va. Scđa rl̃a eſt nullus termi⁹ cui addit̃ aliqđ ſignū vl̃e pticulare vl ſinglare ſupponit ſimplr. iō lʒ ſubm iſti⁹ modus ſciendi eſt ſubm in logica ſupponat ſimplr non tm̄ ſubm iſti⁹ nullus mod⁹ ſciēdi eſt ſubm in logica. Tertia rl̃a eſt nullus terinus cōis ſupt⁹ in numero pl̃i ſuppōit ſimplr. Ex quo ſequit̃ correlarium ꝯ aliquos cōes ꝙ ſubiecta iſtaꝝ ꝓpōnuʒ hō eſt digniſſima creaturaꝝ bos eſt vtiliſſim⁹ aratro nō ſupponūt ſimplr ſʒ pſonalit̃ ⁊ ſūt falſe: licet oēs ꝯceſſerunt eas. Seqtur etiā falſitas illoꝝ qui ponūt plures gradus ſuppōnis ſimplicis. et dʒ hoc magis expſſe videbitur in ſummulis.

¶ Seqtur de ſuppoſitione perſonali.

¶ Pro cui⁹ declaratiōe ſciēduʒ eſt pmo ꝙ ſuppō pſonalis eſt acceptio teri in ꝓpōe reſpectu pdicati nō ponētis dr̄iam inter ſupius ⁊ iſeri⁹ vt homo currit hō diſputat. Et eſt duplex ſcilicʒ cōis ⁊ diſcreta: cōis eſt accepto teri cōis ꝓ ſuo ſignificato vel ſuis ſignificatis reſpectu pdicati nō ponētis dr̄iam inter ſupius ⁊ inferi⁹ vt hō eſt aīal. ſʒ diſcreta eſt acceptio termiī diſcreti ꝓ ſuo ſignificato reſpectu pdicati nō ponētis differentiā inter ſupi⁹ ⁊ inferi⁹ vt ſortes currit et eſt duplex ſuppō cōis. ſ. determiata ⁊ ꝯfuſa dʒ qb⁹ ꝓportionabilit̃ dicendū eſt ſic̃ in ſuppōe materiali ita ꝙ ſic̃ eſt duplex ſuppō ꝯfuſa materialis. ſ. ꝯfuſa ⁊ diſtributiua. ita ēt eſt duplex ſuppō ꝯfuſa pſonal. ſ. ꝯfuſa ⁊ diſtributiua ⁊ ꝯfuſa tm̄.

¶ Sequuntur aliq̄ regule ad bene cognoſcendum ſuppoſitionem aliquorum teminorum.

Sciendū ē pmo ꝙ oīs termi⁹ cōiter tent⁹ cui īmediate addit̃ ſignū vl̃e nō īpeditū ſuppōit ꝯfuſe ⁊ diſtributiue ſiue tale ſignuʒ ſit affirmatiuū ſiue negatiuū vt oīs hō currit. nullus hō currit. ibi hō in vtraqȝ ꝓpōe ſuppōit cōfuſe ⁊ diſtributiue. i. ꝓ oib⁹ ſuis ſignificatis copulatiue. Scđa rl̃a. ꝙ termi⁹ cōiter tent⁹ ſeqns negationē negantez ſiue mediate ſiue īmediate ſupponit ꝯfuſe ⁊ diſtributiue. ita ꝙ negatio eſt talis nature ꝙ facit oēm termiū ſequētez diſtribuibilē ſupponere ꝯfuſe ⁊ diſtributiue. ⁊ hoc eſt

ꝙ dicebant antiqui.ꝙ negatio negans eſt mali-
gnantis nature. q: quicquid poſt ſe inuenit de-
ſtruit et debꝫ intelligi iſta rl̄a dūmō negatio ⁊ il
li termini ptineant ad eandē copulā quod notā
ter dicitur nā in iſta ꝓpoſitiōe lapis qui nō eſt
aīal eſt albus.ibi ly albus nō diſtribuit̄. q: nō ꝑ
tinet ad copulā negantē. Tertia rl̄a.oīs termi-
nus coīs coīter tentus ſequēs ꝯpatiuū cōpara-
tiue:tētū nō impeditū rectū ab illo ꝯpatiuo ſup
ponit confuſe ⁊ diſtributiue vt muſca eſt fortior
aīali.ibi ly aīali ſupponit ꝯfuſe ⁊ diſtributiue.iō
iſta eſt falſa muſca ē fortior aliquo aīali vbi iſta
eſt vera muſca ē fortior oī aīali. Quarta rl̄a.oīs
terminꝰ ꝯmunis coīter tentus ſequēs terim in-
cludentē negationē vel diuerſitatē aut alietatē
rectū ab eo nō impeditū ſupponit ꝯfuſe et diſtri
butiue vt iſte caret veſte.ibi ly veſte ſupponit cō
fuſe ⁊ diſtributiue.iſte differt ab aſino. ibi ly aſi
no diſtribuit̄.iō illa eſt vera petrus differt ab oī
aīali.vbi illa eſt falſa petrꝰ differt ab aīali. Qui
ta regula eſt.omis terinus coīs coīter tentus ſe
quens imediate ꝑ modū caſualis iſtas duas di
ctiōes ſcꝫ extra ⁊ ſine ſupponit cōfuſe ⁊ diſtribu
tiue vt gregoriꝰ ē ſine pedibus.ibi ly pedibꝰ ſup
ponit ꝯfuſe ⁊ diſtributiue. petrꝰ eſt extra domū
ibi ly domū ſupponit ꝯfuſe ⁊ diſtributiue. Se-
xta rl̄a eſt.terinus coīs coīter tentus exiſtēs p̄-
dicatū orōnis excluſiue ſupponit ꝯfuſe ⁊ diſtri-
butiue.vt tm̄ aīal ē hō ibi ly hō ſupponit ꝯfuſe
⁊ diſtributiue.Septia rl̄a ⁊ vltia ē.oē ſignū vl̄e ſi
ue affirmatiuū ſiue negatiuū exn̄s ps ſubi vl̄ p̄di
cati diſtribuit terīꝫ imediate ſequētē vt georgiꝰ
vidēs oēꝫ hoīeꝫ currit ibi tm̄ ly hoīeꝫ diſtribuit̄
¶ Sequunt̄ aliq̄ pue rl̄e de ſuppōne cōfuſa tm̄
Pria ē.oīs terminꝰ coīs coīter tentus exn̄s pre
dicatū ꝓpōnis vl̄is affirmatiue ſupponit ꝯfuſe
tm̄.Scd̄a rl̄a oīs terinꝰ coīs coīter tentꝰ ſequēs
mediate vl̄ imediate terim diſtributiuū ꝑ ſignū
affirmatiuū ſupponit ꝯfuſe tm̄.vt cuiuſlibꝫ hoīs
aſinꝰ currit.ibi ly aſinꝰ ſupponit ꝯfuſe ⁊ diſtribu
tiue.Tertia rl̄a.oīs terminꝰ coīs coīter tētꝰ exi
ſtēs ſubm ꝓpōnis excluſiue ſupponit cōfuſe tm̄
vt tm̄ hō eſt aīal.ibi ly hō ſupponit ꝯfuſe tantū
Quarta regula.oīs terinꝰ coīs coīter tentus re
ctus a pre vel poſt a dictionibꝰ importantibꝰ actuꝫ
interiorē aīe ſupponit ꝯfuſe tm̄ vt ꝓmitto tibi
equū.ibi ly equū ſupponit ꝯfuſe tm̄.cognoſco ve
nientē ibi ly venientē ſupponit ꝯfuſe tm̄. ¶ Vl-
timo eſt aduertendū ꝙ moderni logici ꝓ ſuppo
ſitione ꝯfuſa tm̄ adinuenerūt vnū ſignū.ſ.a.ita
ꝙ oīs terinꝰ cui addit̄ iſta littera a ſupponit cō
fuſe tm̄.vt dicēdo .a hō nō ē hō. ibi primū ly hō
ſupponit ꝯfuſe tm̄.iō iſta eſt vera.a hō nō eſt hō
vbi illa ē falſa hō nō ē hō. ¶ Ex quo ſequit̄ falſi
tas aliquoꝝ logicoꝝ dicentiū oēm ꝓpōnem eſſe
verā in qua idē predicatur de ſeipſo.

¶ Et ſic eſt finis iſtius parui tractatus.

S Equitur tractatꝰ de deſcenſu qui magnā
vtilitatē ꝯfert ad cognitionē ſuppoſitio-
nū ⁊ bonitatē ꝯn̄aꝝ. Pro cuiꝰ declaratiōe nota-
tur primo ꝙ duplex eſt deſcenſus.ſ.diuiſiuus et
arguitiuꝰ.diuiſiuus qui fit per diuiſionē vt aīa-
lium aliud rōale.aliud irrōnale.et de iſto nō eſt
hic ad ꝓpoſitū.ſed deſcēſus arguitiuus eſt ꝯn̄a
formalis in qua arguit̄ a terio coīter ſupponēte
ad eiꝰ inferiora ī ſupponēdo virtute ſuppoſitio
nis ceteris tn̄ terminis ſub quibꝰ nō fit deſcēſus
tā cathegorematicis ꝙ ſincathegorematicis nō
variatis. Noto ſcd̄o ꝙ ex hoc ꝙ dicitur ꝯn̄a for-
malis ſequit̄ ꝙ ibi non eſt deſcenſus oīs hō cur
rit:ergo ſortes ſi eſt currit.⁊ plato ſi eſt currit.et ſic
de alijs niſi capiēdo ibi deſcenſum large pro bo
na ꝯn̄a ſiue materiali ſiue formali: q: tūc nō eſt
formalis:q: in ſimili forma nō ſequit̄ vt nō ſeq̄-
tur oīs hō currit.ergo guillermꝰ ſi ē currit.⁊ famel
lus ſi eſt currit.⁊ tn̄ ſeruat ꝯſimileꝫ formā: q: ibi
nō variatur niſi ſuperioritas ⁊ inferioritas que
nō ſe tenet ex parte forme ꝯn̄e vt viſuꝫ eſt in ſu
mulis. oꝫ ergo ſic deſcēdere oīs hō currit. ergo iſte
hō ſi eſt currit.⁊ iſte hō ſi eſt currit:⁊ ſic de alijs.
Et quō ibi fit ꝯn̄a formalis ⁊ nō in prima viſum
eſt in ſummulis caplo de inductione. Dicit̄ no-
tanter a terio coīter ſupponēte ad denotanduꝫ
ꝙ ſub terio ſupponēte diſcrete non pōt fieri de
ſcenſus.iō ibi nō eſt deſcēſus iſti hoīes currūt:ergo
iſte hō currit:⁊ iſte hō currit. q: ſubꝫ prio ſuppo
nit diſcrete nō habens inferiora ſub ſe. Dicitur
notāter ad inferiora in ſupponēdo ad denotan-
dum ꝙ nō debet fieri deſcenſus ad iferiora in ſi
gnificādo ⁊ rō eſt: q: terinꝰ coīter ſumptꝰ nō ſꝑ
ſupponit ꝓ inferioribꝰ in ſignificādo vt hō non
ſemꝑ ſupponit ꝓ adā ⁊ tn̄ ē inferius in ſignificā
do:q: iſte terminꝰ hō ſcd̄ario ſignificat omīa ta
lia ſiue ſint ſiue nō ſint et tn̄ nō ſupponit ſꝑ pro
eis niſi eſſꝫ reſpectu copule ampliatiue vel in ꝓ
poſitione neccīa. Dr̄ notāter ceteris termīs ſub q̄
bus nō fit deſcēſus nō variat̄ q: tales nullo mō
debēt variari qđ nō debꝫ itelligi q̄tū ad ſuppō-
nem ſꝫ q̄tū ad ſignificationē nā in iſta oīs hō ē
aīal ly aīal ſupponit ꝯfuſe tm̄ ⁊ tn̄ in deſcenden
tibꝰ ſupponit determiate vt ī iſta iſte hō ē aīal. Dr̄
notanter ſub quibꝰ nō fit deſcenſus. q: terminꝰ
ſub quo fit deſcenſus bn̄ pōt variari vt pꝫ deſcē
dendo ſub ly hō in iſta ꝓpōne oīs hō ē aīal q̄ ac
cipit̄ in deſcendētibꝰ cū ꝓ nomīe demōſtrante:
